ceptum. Tertio⁹ gradus est in consummatiōe  
operis. patet tamē q̄ ista tria pertinet ad unā  
perfectam speciem: cum ab eodem motiua p̄ce  
dant. Iracund⁹ enim ex hoc q̄ appetit uindic  
dictam primo turbatur in corde. secūdo in uer  
ba cōtumeliosa prorumpit. tertio procedit ad  
facta iniuriosa: ut percussiones. & huiusmodi.  
Et sic de luxuria & de quolibet alio. h̄ Tho.  
Nec sic intelligendū est peccatū uel peccata  
cordis esse species incōpletas: quasi non sint  
mortalia immo quando in eis est deliberatiuus  
consensus ad act⁹ qui de se sunt mortalia tales  
cogitatōes et sunt mortalia & si n̄ ita graua ut  
peccata opis: ut dictū ē & q̄ sunt sicut cogita  
tio cū deliberatiōe: locutione: & opere: ē unū

peccatū: ut d̄ luxuria & aliis peccatis: qñ uero  
quodā tpe deliberauit fornicari: & alio tēpō  
& diuerso & distāt: fornicat sunt duo morta  
lia. **De** delectatiōe uero mortā inferiq aliqd  
dicet. **Quarto** nota q̄ cū penitēs fateē aliqd  
peccatū uel a se uel ad tui interrogatiōē qđ  
manifeste uides eē mortale. hoc ei declara i sin  
gulis ip̄sorū uitiorū. hoc. n. uidet̄ satis neces  
sariū. tū ut habeat magis cām dolēdi. tum ut  
ip̄m cognoscēs: habeat materiā ab illo i futuz  
cauēdi. Et hoc dico nisi ipse penitēs uerisimi  
liter credereē t̄lia scire. sc̄. cōmissa esse mortalia  
uel uenialia. q̄a tūc nō expedit. **Itē** si fecerit  
talē actū q̄ de se uenialis erat uel nullū pecca  
tum. ipse tñ firmiter credebat illud eē mortale  
peccatū uel dubitabat de hoc. id ē nō magis de  
clinās ad unā partē q̄ ad aliā. q̄. s. eēt mortale  
uel nō esset. hoc enī pprie eēt dubitare: ita in  
primo q̄ i secūdo casu: declarādū ē ei q̄ pecca  
uit mortaliter. Sicut uerbi gr̄a. si tpe ieiunioꝝ  
uel festiuitatū cognouit uxore: putās hoc eē  
cōtra p̄ceptū ecclesie. Vñ in h̄mōi rectificā  
da ē cōscientia eiꝝ: cū sit erronea: sed si fateē  
aliqd peccatū qđ clare nō uideas esse mortale  
uel de quo sint opiniones inter doctores uarie  
utrum mortale sit uel ueniale noli tu precipi  
tare sententiam & morle exp̄mer uel ei p̄pter

hoc absolutionē denegare. si ab eo abstinere  
nō uellet. sed bñ ei efficaciter suades ut tutiorē  
eligat uia. s. ab eo abstinēdo. q̄a tutior uia ē.

**Q**uinto nota diligēter & cōsidera cōditionē  
statū & pitā uel iperitiā psonaz & scđm q̄li  
tatē earū sic diuersimode te heas ad ipsas in  
mō loquēdi. Nā nobilib9 aut pitis aut ciuib9  
cōmuniter urbanis loq̄ oportet q̄n ēt uitū re  
prehēfionis eget. ne duris increpati indignēt  
uel scādalizent. Rusticis uero uel psonis idio  
tis & uilis cōditōis acriter cōiter expedit loq̄  
ad ostēfionē malitie eoz: ne pro nichilo pecca  
ta eorū reputēt. Itē nimis cōtristatos ex lapsu  
uel q̄si desperatos ex mltitudine uel magnitu  
dine cōmissorū: oportet dulciter exhortari oñ  
dēdo imensitatē diuine clemētie: pponēdo eis  
exēpla diuine misericordie immēse ut latronis  
Magdalene Pauli. manasse David & h9modi  
Presumptuosos uero & induratos: & peccata  
q̄si p̄ nichilo hñtes: decet deterrere: declarādo  
eis dei seueritatē: futurū iudiciū: acerbissimas  
penas inferni: & h9mōi pponēdo exēpla ad p̄  
positū: ut de punitiōe p̄moꝝ p̄ntū: de diluuiō  
& aliis diuinis iuditiis p̄pter peccata. **S**exto  
nota q̄ si psona n̄ ē multū pita. cautā rēdas ut  
faciat diligēter cōfessionē. s. de peccatis oib9 do  
lēdo q̄ntū pōt. pponēdo firmiter abstinē ab

omni mortali in futurū. hoc. n. ē necessariū ad  
 cōtritionē sine qua nō remittit̄ peccatū: & q̄  
 nullū cōmissum taceat sciēter in cōfessiōe uel  
 ex uerecūdia uel alia de causa: nec eēt q̄ r̄putat  
 peccatū ueniale: q̄a eēt aliqñ in hōmodi fallit̄:  
 & ē moīle qđ putauit ueniale: nec p̄pterea ex  
 cusat eū ignorātia. Et p̄cipue de hoc eū admo  
 neas iterrogādo de uitiis carnalib9 q̄a frequēt  
 i t̄lib9 p̄sōe m̄ltm r̄tinēt turpia eēt necessaria  
 cōfiteri p̄pt̄ uerecūdiā: & magis adhuc i hōmōi  
 taciturnitate mulieres offendūt. ¶ Vñ & diuer  
 sis cautelis extrahēdū ē uitiū ab ore taliū.  
 Declarādū ē tñ eis q̄ si aliqđ peccatū qđ sci  
 unt eē in se nō cōfiterent̄ eēt iterrogate sup  
 hoc: q̄ nō p̄dest eis cōfessio. ¶ Vñ si cōfessor  
 pri9 iterrogauerat i gñali de tali materia: &  
 tūc ipse penitēs uoluit exp̄mere: cū tñ bñ re  
 cordaret̄ uitii sui. sed cū p̄gea iterrogat9 i p̄ti  
 clari exp̄mit. q̄a ming sibi uidet̄ erubescibile q̄  
 si p̄ se expressisset. ondēdū ē ei quō fictē cōfiteē  
 & q̄ nō ualet sibi talis confessio scđm *swl* nisi  
 mutet p̄positū. s. q̄ si haberet adhuc de illo cō  
 fiteri q̄ per se exp̄meret in p̄ticulari: quantū  
 ad illud qđ ē necessariū & doleat d̄ illa fictiōe  
 cōmissa: cū qua uenit ad confessionē. ¶ Septio  
 penitētē admōneas: ut n̄ ex qđā cōsuetudie q̄a  
 sic aliq̄ faciūt ulet̄ etiā ex timor̄ id ē p̄pt̄ uitādas

penas eternas p̄ncipaliter uel p̄pter euasione[m]  
infirmi[tatis] si eēt i[r]firma: uel alic[ui] alteri[us] tribu  
latōis. faciat cōfessionē. q̄a sic modicū sibi p̄des  
set. sed p̄ncipaliter eā faciat ad placādū deū  
& sibi r̄cōciliādū ad satisfaciēdū diuine offense  
deo & eccl[esi]e obediendū q̄ hoc remediū ordi  
nauit ad cōsequendā remissionē. Item i[n] p̄cessu  
cōfessiōis si aliq[ui] diceret ad sui excusationē uel  
alleuationē peccati i[m]ptinentia: ut puta q̄ dia  
bol[us] fecit sibi facere tale malū: uel plane te uel  
uicini uel cōsanguinei & hōmōi: r̄p̄hēdas eū  
cōndendo ei falsitatē suā. q̄a. s. nullus trahit ad  
peccatū nisi p̄pria malitia sua uel uolūtate. &  
ideo se nō excuset. sed accuset. xv. q. i. non est.  
Itē si recitat peccata aliorū sine necessitate cū  
.s. sine hoc possit exp̄mere suum. seū r̄p̄ben  
das & admoneas: ut nil dicat de peccatis aliorū  
unde posset peccatū alteri[us] detegi. nisi hoc fa  
ceret ex aliq[ui] causa: nō solū necessaria sed eēt a[r]s  
ualde rationabili. Itē si dicit lōgas fabulas ad  
moneas ut dimittat sup̄flua: & solū quantū ē  
necessariū ad declarationē peccatū dicat: nec i  
misceat narrationē suā tribulationū cū pec  
catis: ut faciūt mulieres. Itē admoneas q̄ nō  
utāt uerbis palleatis seu sophisticis ad dādū  
intelligere unū p̄ alio. nec etiam utāt uerbis ni  
mis turpib[us] ubi posset per uerba honestiora

20.

peccatū declarare. De his autē in isto ultio  
dicas plus & min9. & admoneas penitētes ut  
uideas eos idigere in p̄secutiōe sus cōfessiōis &  
cetera. **O**ctauo istud obserues ut postq̄ ex  
interrogationibus factis p̄penderis eū debere  
audiri: dicas ei ut p̄mo ipse dicat peccata sua  
que cōmisit p̄ ultimā confessionē rite factam  
que habet ī memoria: & sic dimittas eū dicerē  
quicquid uult de suis peccatis. & ordine quo  
uult: retinēdo bñ mēti ea que dicit ut ubi suf-  
ficiēter exp̄ssit peccatū suū non eū molestes  
ul̄ graues de illo interrogādo. ubi autē nō suf-  
ficiēter expresserit: interroga de r̄siduo usq̄  
ad sufficiētā. & p̄p̄ea eū interroga de aliis de  
q̄b9 ipse nil dixisset sc̄dm q̄ potes suspicari ī  
eo esse. hoc sp̄ seruato. ne de eodē peccato de  
quo iā interrogasti iterū interrogas ne sic eū  
attēdes nisi ex aliq̄ causa rōnabili hoc faceres.  
puta credēdo q̄ dicat secūda uice qd̄ p̄ma nō  
dixit: uel ex uerecūdia ul̄ ex ignorantia & h9  
mōi. Et si mulier ē facias eā ex trāuerso stare  
ne eā in faciē uideas. q̄a facies eaz̄ ē uēt9 ur̄f  
ait scriptura. Si uir & p̄t̄ genuflex9 & disca  
ppuciat9 stare bene qd̄. sin autē ut p̄t̄. Nec  
eū eēt multū frequēter ul̄ fixe ī faciē r̄spicias &  
p̄cipue iuuenē ul̄ nobilē & pitū: ne nimis eru-  
bescer̄ facias & sic eū graues d̄ quo n̄ op̄tet.

Observandum etiam confessoribus est ut dicit  
magister Vmbertus in libro de officio ordinis  
quod semper libentius & prius audiatur confessio  
illorum qui magis indigere putantur: uel qui  
raro uenire solent uel sunt extranei: uel sunt  
in maiori statu: uel de quorum confessione ma-  
ior utilitas sequatur uel speratur. Item audiendo  
mulieres: caueas ne nisi in publico audias &  
nisi ab aliquo uel aliquibus uidearis nec mittem  
immoretur nisi quantum necessitas confessionis  
requirit: & eis qui minus frequenter uolunt con-  
fiteri assignet certum tempus: extra quod illas  
non audiat: nec in aliis colloquiis se eis exponat  
& semper duris & rigidis uerbis potius utatur  
circa illas quam mollibus: & cetera. ¶ Nono scias  
ab episcopo si habet aliquas constitutiones si-  
nodales uel prouinciales ubi sunt excommuni-  
cationis sententie & huiusmodi: & de illis non te  
impedias plus quam uelit. Et nota quod si aliquem  
absoluis in nodatum aliqua sententia excommu-  
nicationis quem esse ligatum uel non a fuer-  
is uel nescis & ideo absoluis a peccatis. non  
autem a sententiis siue sententia: quis peccet  
absoluendo eum quem non debet. quia absolu-  
tio ab excommunicatione debet precedere ab-  
solutionem a peccatis: tamen sententiam ex-  
communicationis non incurris secundum Fracum.

21  
de zamb. & h. debes autem postea quādo per  
pendis de errore illum auisare: q̄ procurat ab  
solutionem ab excōmunicatione. Et quia ut  
dicit Ray. in sua summa. interrogationes de  
peccatis capitalibus faciende sunt. s. superbia  
principaliter que est radix & mater omnium  
malorum sc̄m Grego. in moralibus a qua p̄  
cedant septem capitalia. s. inanis gloria: Inui  
dia: Ira: Aaccidia: Auaritia: Gula: & Luxuria.  
Et ista habent diuersas species: de quib9 etiā  
necessario sunt interrogationes faciende cum  
circumstantiis necessariis. Habet etiā quodli  
bet horum multas filias: de quibus etiam dicit  
Ray. & Hosti. in summa esse interrogandū.  
sc̄m tamen qualitatem personarum. Ideo de  
his ponētur interrogationes. **P**ostremo de  
quibusdam uitiis lingue & extraordinariis &  
fortilegis & infidelitatibus & huiusmodi. Et  
quia ut dictum est absolutio ab excōmunicati  
one debet precedere absolutionem a peccatis.  
Vnde prius de eo interrogandum est.

*Quidnam dicitur esse peccatum in peccatis narratur*

**P**ostq̄ ille qui uult confiteri dixit ex se ea  
que uoluit de peccatis suis si non dixit suf  
ficienter q̄ quasi semper accidit interroga de  
his que plene nō dixit: prout uideēt expedire.  
Si autem modicum uel minus dixit: potes in



terrogare scđm ordinem hic infra positum p̄mo de preceptis. postea de uiciis capitalibus n̄ omnes de omnibus: sed de illis que solent in talibus reperiri. Et non solum de istis peccatis interrogandum sed de circumstantiis peccatorum que cōtinētur in hoc uersu. Quis quid ubi per quos quotiens cur quomō quādo. Nō tamē est necesse de quolibet peccato mortali omnes predictas circūstātiis cōfiteri. sed solū illas que trahūt peccatum in aliā sp̄m. que. s. habent specialē deformitatem oppositā alicui preceptorum. De numero autē peccatorū nō obmittas. scilicet quotiens commisit aliquid peccatum quod est mortale.

**D**e decem preceptis. Et p̄mo circa p̄mū. scilicet. Non adorabis deos alienos

**U**nū cole deū. Circa hoc primū preceptū de his potes interrogare. Et primo de uotis. Si transgressus ē seu obmisit implere aliquid uotū licitū. Et si aduertenter. cū posset. est semper mortale: & totiens quotiēs frangit. secus si ex obliuione. uel quia non poterat: ut infirmus ieiunare & huiusmōi. si nouit se aliquid mali facturū: ut uindictam uel maioris p̄fectus impeditiuum: ut non ingredi religionē & hoc est mortale & sine alia disp̄satione debet infringi. Si nimis tardauit implere: p̄pter quod

ex mēoria excidit ō nino ul' uenit ad statū nō  
 ualēdi implere: cū bñ prius potuisset. uidetur  
 mortale. Idē quādo dimisit propositū implēdi  
 cum tamē posset. alias mora implēdi uotū: qñ  
 sibi non prefixit tēpus: nō uidet̃ mortale nisi  
 forte mora esset ualde nimia. nisi ex hoc immi-  
 neret ei periculum non ualēdi implere: ut de  
 uoto ingrediēdi religionē. cum non habeat  
 causam cogentē dilationis. Si fecit uotum de  
 re licita: ut elemosina ieiunio & huiusmodi. sed  
 ob malum finem. puta ut possit facere uindictā  
 adulterium & huiusmōdi: mortale ē: nec tenet̃  
 implere. Si fecit uotum abstinētie: & huiusmōdi  
 & dubitat utrū possit implere uel non: & sine  
 dispensatione uel cōmutatione superioris: cum  
 possit habere recursū de facili ad eum: uel cō-  
 fessorem pro cōsilio: frangit. mortale uidetur.  
 Nota tamē q̃ uiri possunt irritare uota absti-  
 nētie peregrinationis & elemosine & accessus  
 ad talē uel talem ecclesiam: uxorū suarū: si nō  
 habent nisi dotes uxorū absq; aliqua dispēsa-  
 tione. Et si fiat talis irritatio etiā a causa rati-  
 onabili a uiro. non tenetur uxor implere talia  
 uota. De irritatiōe uotorū impuberū & filioꝝ  
 familias & religiosorum uide in summa secūda  
 parte titulo ultimo. Si habens uotum castita-  
 tis uel religionis contraxit. mortale est & cō-



summam non potest sine mortali. quia adhuc  
potest implere & debet ante consummationem  
matrimonii. sed post reddere tenetur debitum  
etiã interpretatiue petenti. sed exigendo semper  
peccat mortaliter. Vnde consulendum ei esset  
petere dispensationem super hoc a papa. scđ m  
h. h. posset etiã episcopus. ¶ Si uotũ fecit stultum  
& irrationabile: ut ieiunare in dominica  
non peccinare uel caput lauare in sabbato & huius  
modi. non est mortale: sed prohibendus est im  
plere illud. ¶ Et nota q̄ a trãsgressiõẽ uotoꝝ  
potest de iure cõmuni & consuetudine confes  
sor absoluerẽ. quia non est de reseruatõis. casibꝫ  
sed de dispensatione uel commutatione uotoꝝ  
non potest se intromittere sine speciali cõmis  
sione diocesani uel alterius qui possit dare. Ep  
iscopi autem in omnibus possunt cõmutare  
uel dispẽsare nisi in uoto castitatis uel religiõis  
& tribus uotis peregrinationis. s. Hierosolo  
mitanũ ad sanctum Iacobum & ad limina apos  
tolorum id est ad Romam. In quibus papa uel  
summus penitentiarius soli dispensant uel cõ  
mutant. De uotis habes supra in secunda par  
te ubi uide cum dubitas.

*et notis habet*

¶ Circa idem mandatum.



**D**e supstitutionibus. Et primo. Si fecit ipse  
 uel fieri fecit aliquod maleficiū seu iuxta uul  
 gare malias in quibus fiunt occasiōes occulte <sup>innotēs</sup>  
 uel manifeste demonium: quod semper est mor  
 tale: & dignum morte corporali. **S**i fecit uel  
 fieri fecit uel procurauit aliquam incantatio  
 nem cum sacramentis uel sacramentalibus ec  
 clesie: ut aqua baptismali uel oleo sancto: uel  
 huiusmōi ob sanitatē uel aliā cām: mortale ē &  
 grauissimū. **S**i fieri fecit aliq̄ diuinatiōem ad  
 inueniendum furta uel ad sciendum aliquod  
 occultum uel futurum quod debet contingerē:  
 mortale est. **S**i didicit artem notariam uel  
 usus est ea ad sciendum aliqua: uel usus est arte  
 nigromantica. mortale est. Et si habet librum  
 inducendus est ut comburat. alias non absol  
 uendus. **S**i ex constellationibus uel planetis  
 super quibus natus est aliquis: indicat deter  
 minate de conuersatione hominis. Idem si ex  
 phizonomia. Credere enim hominem ex fato  
 uel constellatione uel cōplexione cogi ad bo  
 num uel malum hereticum est. **S**i usus est sor  
 tibus diuinatoriis: & quomodo: quod est mor  
 tale. ex leuitate ueniale. **S**i dedit ad comme  
 dendum aliquid turpe uiro uxor: uel alteri ut a  
 maret ipsam: uel fecit uel dixit aliquid turpe  
 ad huiusmōi qđ mortale est. Et interrogādū

est quid fuit illud. **S**i fecit aliquam incanta-  
tionem uel fieri fecit ob sanitatem consequen-  
dam. & quando hoc fit sciendo esse prohibitū.  
communiter est mortale. Quando ex simplici  
tate: putando bonas esse orationes. uidetur ue-  
niale. Sed si non uellet in futurum abstinere:  
neganda est absolutio. quia ex obstinatione  
& malicia est mortale. Et interrogandum de  
uerbis quibus utuntur. & de obseruanciis quas  
addunt. **S**i fecit uel fieri fecit uel usus est  
breuibus: que communiter sunt superstiosa:  
ex uerbis uel carta in qua fiunt: uel modo im-  
ponendi uel portandi uel tpe scribendi & inuenta  
superstitione eorum que comburant & si non uellent. tunc  
non absoluantur. quia tunc mortale est. Sed si pu-  
tabant licita tamquam orationes: ueniale uidetur.  
**S**i obseruauit unam diem magis quam aliam in  
non incipiendo aliquid tamquam malum: ut  
dies egiptiacos uel diem in quo currit decapita-  
tio sancti Iohannis baptiste: uel diem ascen-  
sionis in colligendis herbis & huiusmodi. quod  
ueniale uidetur quando ex simplicitate hoc cre-  
ditur. nisi animo obstinato hoc crederet. quia  
tunc esset mortale. **S**i obseruauit sompnia:  
faciendo aliquas orationes & obseruationes: &  
postea ex his que somniat uolendo de futuris  
uel occultis diuinare: & prenunciare quod

mortale est. alias autem etiam sine obseruatōe adiuncta nimis fidem adhibere somniis: peccatum est. Et si ex se non mortale tamen periculofum. quia sic diabolus multos deceptit.

Si ex effusione olei de lucerna uel garritatiōe aliquarum auium: uel magnitudine uel continuitate uentorium & huiusmodi. existimant aliqd mali euenturum quod fatuum est & uanum.

**S**i existimauit mulieres conuerti in capras uel alia animalia & ire de nocte & suggere sanguinem puerorum & huiusmodi. quod impossibile est nisi deo: & ideo falsum credere.

**De secundo precepto. Non assumes nomē dei in uanum in os tuum.**

**S**i blasphemaui deum uidelicet dicendo nō eē iustū & omnia iuste disponere sed acceptatorem personarum uel non uidere que fiunt uel non curare de actibus hominum uel proditorem: uel sine merito punire & flagellare eum: uel non posse istud uel illud facere & huiusmōi: quodlibet est mortale. cum aduertit quod dicit & intelligit. **S**i iurauit in aliqua euria coram aliquo iudice mendatiōse. mortale est quantumcunq; alias haberet iustam cau

sam. Et que inducit eum ad hoc aduertenter.  
ut aduocatus procurator & huiusmodi mortaliter peccat. ¶ Si iurauit etiam extra iudiciū  
in communi sermone quacumq; ex causa: uel  
utilitatis uel leuitatis uel iocositatis uel quali  
cumq; modo non solum per sancta dei euange  
lia uel per corpus christi: sed etiam per fidem:  
per deum. Si deus me adiuuet per uirginem  
mariam: per crucem: per animam suam & hu  
iusmodi. semper est mortale quando aduertit  
se iurare & falsum dicere. & totiens quotiens.  
Si iurauit aliquid pro certo de quo dubitat ut  
trum sit. mortale est. precipue in iudicio. Si  
iurauit aliquid perpetrare quod est mortale:  
ut puta facere uindictam: non dimittere concu  
binam: seruare iniusta statuta: tenere secreta  
iniustam coniurationē. mortaliter peccat nec  
debet seruare. ¶ Si iurauit tenere secretum ali  
quod tractatur in consilio, uel aliud quod  
nulli est nociuum. ¶ Si aduertenter manifestat:  
peccat mortaliter ipse: & qui stimulat eū  
ad manifestandum sciens secretum esse. ¶ Si  
iurauit seruare statuta alicuius ciuitatis uel u  
niuersitatis aliquod scienter transgrediendo  
ex iustis statutis mortaliter peccat. Si tamen  
aliquod statutum ē abrogatum per contrariā

consuetudinem. quia cottidie per omnes fit cō-  
 trarium actu. non uidetur periurus quia non  
 seruat illud quod non habet uim statuti. dis.  
 .iii. p. leges. ¶ Si iurauit per aliquem modū  
 obprobriosum per dei membra uel sanctorū:  
 ut ribaldi faciunt: mortaliter peccant q̄a blas-  
 phemia rep̄ta tur. xxii. q. prima. si quis per ca-  
 pilum. ¶ Si promisit se facturum aliqd̄ licitū  
 sed non intendebat obseruare. mortaliter pec-  
 cavit. si autem intendebat sed ueniente termi-  
 no quo debet implere non seruat promissum.  
 cum tamen posset. licet cum incommoditate  
 sua. peccauit mortaliter. nisi ille cui promisit  
 ante terminum relaxet iuramentum. quod po-  
 test facere si promissum cedat in utilitatem  
 ipsius tantum. Nam si utilitatem aliorum uel  
 honorem dei uel sanctorum non potest relax-  
 are ille. sed ad episcopum uel papam pertinet  
 relaxatio uel commutatio. Si autem non po-  
 test implere: excusatur pro tunc cum non po-  
 test. ¶ Si quis autem promittit cum iuramēto  
 se aliquid facturum quod non est alicuius im-  
 portantie boni uel mali: ut mater de uerberan-  
 do filium: uel de bibendo uel de non bibendo:  
 & huiusmōi. ueniale uidetur & iuratio & per-  
 iuratio in huiusmodi. ¶ Si iurauit sine causa

rationabili pro quibuscunq; minimis. dicendo  
tamen ueritatem: ueniale est: nisi faceret in cō-  
temptum. ē inducendus ut absteineat propter pe-  
riculum periurii. **¶** Si induxit aliquem ad iur-  
rādū n: quem omnino credebat falsum iuratuꝝ  
mortaliter peccat nisi iudex hoc faciens ex of-  
ficio scđm ordinem iuris.

**¶** Circa idem secundū preceptū.

**D**E adiuratione. Que est inducere aliquē  
ad aliquid faciendum ob inuocatione ma-  
licius rei sacre: & si est per modicum coacti-  
onis intendens eum obligare per modum iura-  
menti ad illud faciēdum ad superiores & alios  
in quibus non habet potestatem. est mortale  
ad sibi subditos est licitum: eo casu quo liceret  
sibi illis precipere alias non. & tunc adiuratus  
tenetur illud facere uel dicere. alias esset mor-  
tale: sicut transgressio precepti. **¶** Si adiurauit  
prelatos uel sotios uel inferiores per modum  
deprecationis intendens inducere adiuratum  
ad faciendum: non est malum uel ueniale. si le-  
uiter & sine causa. **Et adiuratus non faciens**  
**non peccat. Tho.** **¶** Si adiurauit demones per  
modum precis: uel aliquid sciendum ab eis uel

ad aliquid obtinendum auxilii. est mortale: nisi quis faceret ex familiari consilio spiritus sancti uel nisi ex quadam simplicitate querens ab obsessis a diabolo: sed per modum coactionis licet ipsum adiurare ne nobis noceat. ¶ Si adiurauit creaturas irracionales ne diabolus eis uatur in nostri nocumentum licet. Si autem ut diabolus operetur in eis est mortale. ut incantationes serpentum. ¶ Si in cantilenis & fabulis turpibus miscuit deum & sanctos in narrationibus turpibus & amatoriis est mortale alias ueniale. nisi faceret in contemptum dei.

De tertio precepto.

Sabata sanctifices.

**Q**uia quantum ad determinationem dierum istud est de iure positiuo ideo hic aduerte re potes de ieiuniis ecclesie & auditione missarum. ¶ Primo ergo si facit aliquod manuale opus diebus dominicis & festis aliis preceptis ab ecclesia extra casum necessitatis. quia mortaliter peccauit: si per notabile spacium. secus si fueret aliqua puncta. Si autem ex necessitate ut quia expectauit hostes uel ueniunt inundationes aquarum & huiusmodi. tunc

liceret remouere blada suppellectilia & huius  
modi Ray. Et de uespera ad uesperum dūt  
custodiri. id est de sero. dis. tertia. pronuncian  
dum. Hic requiritur magna prudentia in con  
sulendo. **S**i uendit uel emit diebus festiuis  
nisi cōmestibilia de die in diem: panem uinum  
carnes fructus & huiusmodi mortaliter pecca  
uit si per modum negotiationis nisi in casu ali  
cuius magne necessitatis. In nundinis tamē ex  
quo prelati ecclesie tollerant: sed non dimit  
tūt missē auditionē scđm. pe. de pal. uidēt p  
sone excusari de mercatiōe dieb9 festiuis. **S**i  
fecit fieri aliqd̄ predictorū suis discipulis filiis  
seruis uel laborantibus sine necessitate peccat  
mortaliter uterq; & mandans: & exequens. Si  
tamen magister uel patronus non habet neces  
sitatē sed discipulus seruus & rusticus habet  
necessitatē ita q̄ alias non potest uiuere. uel  
quia discipulus non obedit magistro: in huius  
modi diebus aliquando uendendo uel fatiendo  
aliquid exercitii artis eius pro aliquo tempore  
nec ille nec alius de dicta arte uult conducere  
ipsum secum: & aliud exercitium nescit agere.  
uidēt ipse excusari. Nā si in obsequiū ecclesiarū  
paupcularū licet laborā aliqd̄ dieb9 festiuis  
scđm doctores. quare non magis ratione sus

sustentationis in necessitate . Tutius tamen  
 esset si posset aliam artem eligere. Similiter de  
 scriptoribus pro precio confitentibus instru-  
 menta temporalium. Itinerantibus facientibus  
 longas dietas causa cupiditatis: & non necessi-  
 tatis. quia non bene aliter potest fieri barbitō  
 fori & huiusmodi. Medicinalia autem semper  
 licet facere & medicari & uendere talia. **S**i  
 per totam diem festiuam uacauit ludis: uenati-  
 onibus: aucupis: choreis & aliis uanitatibus  
 mundi: ibi frequenter occurrūt mortalia: etiā  
 si de se illa non sint mortalia. Quodlibet etiā  
 commissum diebus festiuis est multo grauius  
 & ideo confitendum de huiusmodi.

**C**irca idem tertium preceptum

**D**E auditione misse diebus dominicis &  
 festiuis. **S**i non audiuit missam totam  
 in illis diebus sed obmisit uel ex contemptu  
 uel ex cupiditate lucrandi: uel ex causa eundi  
 ad solatia uel conuiuia: uel ex negligentia uel ex  
 ignorantia crassa. peccauit mortaliter & totius  
 mens quotiens dimisit. Item si audiuit sed non  
 totā. dimittēdo notabilē partē. secus si modicū  
 de cōse. dis. prima. missas. q̄ quis audiat in sua

parrochia uel alibi missam: propriam de die  
uel aliam: audiendo uel intelligendo uerba: uel  
non audiendo quia submisse dicitur a concu-  
binario simoniaco & huiusmodi: uel non simo-  
niaco & cōcubinario. ex quo prelati super hiis  
non prouident: non uidentur simplices solli-  
citandi sed dimittendi conscientiiis eorum. ubi  
talia habundant scđm pe. de. pa. & Durandum  
Dimittentem auditionem misse ex infirmitate  
uel tali occupatione quā non possunt dimitte-  
re: ut seruire infirmo uel alia iusta de causa ut  
manentes in castris excusantur: Puelle que di-  
mittuntur a parentibus domi: uidentur excu-  
sari. non autē euntes ad choreas: uel uidue que  
manent clause per menses in domo. secus si per  
quindenam uel mensem.

**C**irca idem tertium preceptum de ieiuniis.

**S**i quis dimittit ieiunium ecclesie ut qua-  
dragesimam: quatuor tēpora & uigilias  
festorum christi & sanctorum: post uicesimū  
primum annum peccat mortaliter. nisi habeat  
causam legitime excusantem eum: uel saltem  
existimet se habere: & heat cām extimādi puta  
cū ē satis debilis uel sibi uidetur eē ppter qđ  
credit n̄ posse ieiunare sine notabili detrimēto

corporis. licet secundum ueritatem possit. ta-  
 lis non de facili uidetur dampnandus de mor-  
 tali. ex quo erat paratus obedire precepto si  
 credidisset posse. alias est mortale: & totiens  
 quotiens dimittit aliquem diem ieiunii. quia  
 quelibet dies ē sub precepto uno. Sed & ante  
 uicesimum primum annum inducendi sunt iu-  
 uenes ad ieiunandum. Interrogandum de nu-  
 mero dierum quos dimisit & causa. Si notabi-  
 liter anticipauit horam comedendi. puta hora  
 tertia: sine causa legitima. quia nō ē ieiunium.  
 unde est mortale. Hora autem congrua est  
 circa nonam. Tardare autem post nonam nō  
 est uicium: nisi fieret ex superstitione. **S**i cū  
 ieiunauit ex statuto ecclesie ex uoto uel ex in-  
 iunctione confessoris: de sero comedit frustū  
 panis uel de pluribus fructibus uel de uno ge-  
 nere in magna quantitate ieiunium fregit. Si  
 autem aliquā confectionum in parua quātitate  
 sumit. non frangit: nisi fieret in fraudem. s. ad  
 nutriendum. sed sumendo aliquid fructuum p-  
 modum medicine. id est ne uinum dilauet sto-  
 machum. uidetur non malum. Potest autem  
 in die pluries potare: quod non frangit ieiuniū  
 nisi fiat in fraudem ut dictum est. Debilibus  
 laborantibus: itinerantibus: peregrinantibus:  
 paupibus & hōmōi quomō & qñ excusanē uide

aliquid

in summa. c. ieiuniū per totum.

**D**e precepto quarto. heas i honore pntes.

**D**E honoratione parentum: & gubernatione familie. ¶ Si dixit uerba contumeliosa uel obprobriosa parentibus. mortaliter peccauit: & multo magis etiam si uerberauit leuiter. Idem si irrisit. Si maledixit uel blasphemauit uel defunctis. Idem etiam si uiuis. ¶ Si non obaudiuit in licitis ex contemptu. mortale comisit: etiam si in paruis. secus si ex negligentia & in rebus non multi ponderis. ¶ Si non prouidit necessariis eorum: maxime cum posset. mortale est. ¶ Si non impleuit legata facta ab eis ad pias causas. sed multum distulit propter incommoditatem cum posset. mortale est. ¶ Si non reuerenter se habuit: sed contēdit uel dure locutus est: uel prouocauit ad irā: uel non supportauit eos & indiligenter prouidit ueniales est.

**D**E gubernatione familie. ¶ Si non prouidit in magnis necessariis uictu & uestitibus filiorum uxoris uel seruorum cum posset: ex auaritia uel ex crudelitate. mortale est. Idē si propter hoc illegittimos filios misit ad hospitale. ¶ Si non adhibuit diligentiam ad hoc ut boni essent: & mandata dei & ecclesie

obseruent: ut de confessione: communiōe: auditiōe  
 misse & honestate & huiusmodi. & si notabile  
 in hoc commisit negligentiam non curando  
 uel non corrigendo. mortale est alias ueniale.

**S**i uxori uerba contumeliosa dixit: uocando  
 scortum & huiusmodi: uel uerberando aspere  
 sine causa rationabili sed ex iniuria. mortale ē.  
 secus si alias nimis dure ei loquitur.

**S**i uxor  
 contendit cum uiro in licitis nolens obedire &  
 ex hoc prouocans eum ad blasphemandum deū  
 uel sanctos uel aliud magnum inconueniens.  
 mortale committit si est occasio data ad hoc

**S**i uir permittit uxorem uanitates plurimas  
 facere: ornatus: tripudiat: cantus: multum p  
 uocantia ad lasciuiam: mortale uidetur. alias si  
 non sit multus excessus uidetur ueniale. Ma  
 ter que mittit filias ad choreas & ad alias ua  
 nitates: & nō mittit uel ducit eas ad missas cō  
 fessionem & communionem. nō uidetur posse  
 excusari a mortali.

**S**i dominus uel domina  
 non prouidit necessariis corporalibus seruo  
 rum uel ancillarum: & ancillas mittit ad hospi  
 tale: uel non curat de honestate uite eorum uel  
 non dat eis abilitatem ad confitendum com  
 municandum uel audiendum missas cum possit:  
 uel facere in festis laborare in quolibet horum  
 peccat mortaliter. **S**i nimis dure uel nimis

remisse alias se habuit in gubernatiōe familie:  
in quo om̄s delinquunt et̄ perfecti cōmuniter  
ueniale est. dis. uicesima quinta. qualis.

**D**e precepto quinto. Non occides.

**D**E homicidio quod cōmittitur corde: ore  
& opere. Si occidit extra ordinem iuris  
aliquem uoluntarie uel preter intētionē a casu  
dādo operam rei illicitē: ut in ludo noxio sicut  
ad saxa. uel etiā rei licite. sed non adhibēdo deu  
bitam diligentia: ut proiciēdo regulas de tecto  
mortale est: & casus reseruato episcopis. Idē  
si ex necessitate euitabili uel etiā inuitabili ad  
quā deuenit ex culpa. puta q̄ adulter cōprehē  
sus est a uiro adultere: ut euaderet. mortē occi  
dit: interrogandū de causa homicidii. Si iudex  
occidit aliquem innocentē scđm iura uel nocē  
tem preter ordinem iuris: uel scđm processum  
ordinarium. sed non habens legitimū domi  
niū uel habens potestatem sed non ex iustitia:  
sed ex uindicta uel auaritia uel crudelitate. casus  
episcopalis est. nisi in ultimo puncto. **S**i mu  
lier grauida quesuit abortum per medicinas  
uel labores uel alium modum & si nō sequitur  
effectus est mortale in ea: & quocunq; ad hoc  
cōsulente & cooperāte. nō tamē ē episcopalis

si sequit̄ effectus & puerperium erat formatū  
 homicidium ē in ea: & cooperante & cōsulēte  
 unde casus episcopalis est. In aliquib9 autem  
 locis: si non sequitur effectus per sinodales cō-  
 stituciones est episcopalis: & alicubi etiā excō-  
 municatio. Si occidit mater filium sponte ad  
 occultandum crimen suū grauissimum est: &  
 multo magis si non baptisat̄. Si pater filiam:  
 frater sororem fornicantem. Si uir uxorē for-  
 nicantem propter adulterium. Si uxor uirum  
 propter odium uel amorē alterius. Si filius pa-  
 trem uel matrem ex ira uel auaritia uel frater  
 fratrem: grauissima sunt: & digna magna pena  
 & episcopo reseruata. Et nota q̄ episcopi cō-  
 munit̄ solent mittere eos qui possunt ire p̄  
 casu homicidii ad penitētiarios curie ad terro-  
 rē. si tamē uolūt: possunt eos absoluere p̄ se uel  
 alios. & cetera. Si qs corp9 alic9 defuncti ex  
 enterare uel in frustra cōcidere uel decoquere  
 uel ossa de carnib9 euellere p̄sumit: ut ossa ei9  
 ad ptes alias deferat: ē si ibi eligerit sepulturā  
 ē excōmunicat9 & absolutio pape reseruāt. in  
 extrauaganti bonifacii. viii. Si m̄r uel nutrix  
 suffocat filiū quē tenet iuxta se i lecto iaduer-  
 tēt̄ opprimēs eū morle ē ppter negligētā  
 & ep̄ale. Si grauida m̄r ppter itēt̄ionē abor-  
 tit si omisisset i hoc notabilē negligētā ut q̄a <sup>preter</sup>

nimis saltauit: uel nimis inordinate laborauit :  
uel propter inordinatas lasciuias. non esset abs  
q; mortali. Idem in uiro percutiente eam. unde  
hoc sequitur. secus si non esset in causa. **S**i  
quis & si non occidat tamē mutilat membrū  
uel reddit inutile alteri extra ordinē iuris. uel  
uulnerat: uel alias percutit ex iniuria. mortaliter  
peccat. Idem si iniuste incarcerat uel tenet  
per uiolētiam: ne liber possit abire. nisi ad pūc  
tum faceret ad impediendum malum eius. Si  
clericum etiam habentem tantum primā ton  
suram. est excōmunicatus. Si quis uerbo. s. mā  
dando uel persuadendo: uel ratificando. incitā  
do cooperatur: ad aliquod predictorū: uel mor  
tem uel corporalem lesionem. mortaliter pec  
cat: etiam si non sequatur effectus. Si sequitur  
effectus grauius. Et si percussus uel incarce  
ratus & huiusmodi esset clericus uel religiosus  
in quolibet predictorum casuū percutiens uel  
includens esset excōmunicatus: nisi eēt p̄latus  
eius qui hoc faceret ad correptionē. Et ubi in  
predictis. s. mandato consilio uel facto si esset  
emormis iniuria clerico facta uel religioso non  
posset absolui citra sedem apostolicam uel le  
gatum eius uel summum penitentiarium. Secus  
si non esset enormis de huiusmodi habes dif  
fuse in quarta parte summe ti. primo. c. infra

Si quis interfici fecerit uel mādauerit aliquē  
 cristianum per assassinos etiam si non sequatur  
 effectus est excōmunicatus & depositus om-  
 ni gradu ordine dignitate seclari uel ecclesiasti-  
 ca. & similiter receptator uel defensor horū  
 assassinorum extra de homi. Ne prohumam li-  
 bro sexto Dicuntur autem assassini quidam  
 heretici qui et cetera uide de hoc in quarta par-  
 te summe titulo primo Si quis desiderat mor-  
 tem alterius deliberata ratione in malum eius  
 siue ex odio uel ex inuidia uel ex auaritia: ut ha-  
 beat bona eius: uel ex luxuria ut aliam accipi-  
 at: uel ex superbia ut succedat in prelacione  
 uel ex accidia ne habeat laborem gubernandi  
 eum uel ut magis sit liber. & ne habeat cor-  
 ripientem. in quolibet horum est mortale scdus  
 autem si hoc desiderat ne ille uel ipse met domi-  
 num amplius offenderet. uel ne prior efficere-  
 tur. aut ne bonis uel ecclesie dei noceret sicut  
 tyranni Sed et si quis ex impacientia et irā  
 cutit seipsum iniuriose. peccat mortaliter. et si  
 est clericus est excōmunicatus. secus si zelo de-  
 uotionis ad reprimendum temptationes non  
 tamen ex hoc licet abscidere membrū aliquod  
 alias peccaret mortaliter & esset irregularis  
 & si clericus: esset excōmunicatus Si occidit  
 set uel uulnerasset in sacro loco: esset sacrilegus

et ecclesia uiolata : si per uolentiam etiã officialis : malefactorem uel debitorem: eduxit de loco sacro uel fecit capere. peccat mortaliter. Si fecit torneamētum uel fieri fecit uel aliud spectaculum : ubi sit periculum uite est mortale .

De precepto sexto non mechaberis.



**D**E luxuria actuali que committitur extra matrimonium. Nota q̄ semper est mortale in omnibus speciebus suis: que omnes hic ponuntur . quia distincte oportet confiteri uel interrogare si ex se non dicit. nullo modo tamē de omnibus his interrogandū : ne quis discat quod nescit. sed prout conuenit personis que confitentur. & cum habetur ultima species non est ultra descendendum ad alias circumstantias particulares nō necessarias & cauto modo et honesto interrogandum Si cognouit solutus solutam que dicitur fornicatio . & si meretrix : uel serua sua uel alterius : uel uidua & si induxit Si tenuisset concubinā uel quanto tempore quia ultra fornicationem est ibi scandalum proximorum qa publicum . licet sit fornicatio . Si uirginē deflorauit extra matrimonium : quod dicitur stuprum & si seduxerit eam : promittendo ducere in uxorem : cogendus est in foro conscientie uel ducere uel dotare si potest . & iniuriatus est

32.

pentib9 si nescierūt. Si agnouit uxore alteri9  
uel si ipse uxorat9 cognouit solutā : quod adul  
terium dicitur & duplex adulterium si uterq; ē  
coniugat9. Si intulit uiolentiam alicui quod  
dicitur raptus : & si contra uoluntatem etiam  
parentum grauius . si nupte uel uirgini uel mo  
niali . grauissimum. Si cognouit consanguine  
am suam uel consanguineam uxoris sue : usque  
ad quartum gradum consanguinitatis & affi  
nitatis . & dicitur incestus. Idem de muliere  
que permittit se cognosci a consanguineo ui  
ri sui. Si cum moniali scelus operatus est : uel  
habente professionem castitatis . & dicitur sa  
cilegium . Idem si mulier cum clerico uel re  
ligioso prelato ordinato & huiusmodi. Si cog  
nouit commatrem uel quā tenuit ad baptisma  
uel crisma : uel quam audiuit in confessione  
& dicitur incest9 uel sacrilegium Idem de mu  
liere cum compatre & huiusmodi. Si semetip  
sum uigilans & uoluntarie polluit . & dicitur  
mollicies : uel manib9 propriis uel aliis modis  
de mōis nō necesse ē iterrogare. Si cū masclo  
turpitudinem operatus est : uel femina cum fe  
mina : uel uir cum muliere extra uas debitum.  
& dicitur sodomiticum. Si cum brutis opera  
tus est nephas . & cum quibus . & dicitur be  
stialitas. Si diebus festiuis aliquod horum op



atus est . quia magis graue & secūndum aliquos  
huiusmodi circumstantia necessaria est confi  
teri . quia mutat speciem . Si in ecclesia uel sa  
cro loco aliquod predictorum commisit quod  
dicitur sacrilegium & p hoc uiolat ecclesia .  
& cum illud esset manifestum oportet ecclesi  
am reconciliari . De peccatis que committun  
tur in coniugio & actibus inonestis & tacti  
bus : osculis uerbis et huiusmodi . dicitur in ca  
pitulo de luxuria . Nota q̄ de iure cōi pecca  
ta luxurie non sunt reseruata episcopis nec pro  
aliquo illorum est lata sentēcia excommunica  
tionis ex iure . sed communiter per sinodales  
constitutiones episcoporum aliquos ex dictis  
casibus magis enormes sibi reseruant ut ince  
stum & sacrilegium cum monialibus . Aliqui  
episcopi uicium bestialitatis alii eciam sodomi  
ticum & quedam alia ex hiis . est enim lata sen  
tencia excommunicacionis per sinodales ali  
quas . & ideo quere in diocesi ubi audis confessi  
onem : de hiis .

¶ Circa idem preceptum sextum .

**D**E cogitationib9 circa luxuriam . Nota  
q̄ cogitationes committendi aliquod  
peccatum luxurie : quando sunt cum  
consensu racionis . semper sunt mortalia . &  
contra istud preceptum & sunt diuersarum spe

eterum sicut opera carnalia licet non ita graue  
 mortale sit consensus sicut opus exterius. &  
 cum dicit penitens habuisse cogitationes qui  
 bus consensus racione: interroget sacerdos:  
 eum quibus personis seu circa quas personas ha  
 buit. quia erga coniugatam adulterium. Si er  
 ga solutam solutus fornicatio. Si erga consang  
 uinea: incestus. Si erga masculum: sodomia.  
 Si cum uirgine extra matrimonium: stuprum.  
 Si cum religiosa: sacrilegium. Si per uolentiam:  
 raptus. Interrogandum etiam quociens ha  
 buit huiusmodi cogitationes ad aliquam qua  
 tociens peccauit mortaliter. Si per interualla  
 temporum hec fecit puta deliberat racione com  
 mittere fornicationem cum aliquo. postea oc  
 cupat se cum aliquo alio negotio uel cogitat  
 de gubernatione domus & huiusmodi: & inde ite  
 rum deliberat fornicari: iterum peccat morta  
 liter et sic deinceps sed si continue uersatur in  
 tali cogitatione per horas: unum est. sed tan  
 to grauius quanto diucius. Item si mutat co  
 gitationes de una ad aliam personam: uel ad di  
 uersam speciem cum eadem persona deliberans  
 de perse: de qualibet semper de nouo peccant  
 mortaliter. unde si centum mulieres uidet una  
 post aliam & ad quamlibet specialiter determi  
 nat annum: centum mortalia committit. secus

amini

si una cogitatione hoc appetit. quia unum est:  
habens deformitatem tot peccatorum. Inter-  
rogandum si diebus festiuis discurret per eccle-  
sias p̄cando mulieres. & si philocapt9 secut9  
ē eā & quanto tēpe. quod dicit̄ de uirō: idem  
dicendum de muliere: erga uirū. ¶ De delecta-  
tione mōsa in cogitatione infra habes in ca-  
pitulo de luxuria. Si mulier cōtentatur habere  
procatores & amatores: & cum perpendit ali-  
quem eam procari uel amare carnaliter: ponit  
se ad fenestram uel uadit ad aliquem locum ut  
uideatur ab eo: uel ponit se in ecclesia uel alio  
loco publico ubi discurrunt iuuenes ad procan-  
dam mortale est. etiam si nō appetat peccare  
cum talibus quia occasionem ruine prestant ex  
tā de iure & dāp. da. capitulo ultimo.

¶ De p̄cepto septimo Nō furtū facies.

**O** usurpatione rei que hoc prohibetur <sup>aliene</sup>  
p̄cepto. Nota q̄ in omnibus infra  
scriptis speciebus est peccatū mortale  
& tenetur ad restitutionē si potest ei. a quo ac-  
cepta est. q̄ si ille ignoraretur uel nō inuenit:  
pauperibus erogetur. Et non solum qui acci-  
pit. sed etiam esse heredes ei9. Si tamen de bo-  
nis illis ad eos puenit extra de usuris c. michael  
¶ Primo de usura quere: si mutuauit pecuniā  
numeratam uel aliquid eorū que usu consumūt

ut uinum oleum & huiusmodi intentione aliquid recipiendi ultra suum capitale. & illud quod recipit plus tenetur restituere. Si mutauit super pignus rei mobilis ut sunt uestes equi & huiusmodi: uel immobilis ut domus agri & huiusmodi & interea accipit usum fructum pignorum dum alius tenuit pecuniam suam usura est. Excipitur casus cum scilicet gener accipit possessiones in pignus a socero suo quousque det sibi dotem. si ipse gener sustinet onera matrimonii scilicet nutriens uxorem extra de usuris salubriter. Si deposuit pecunias penes mercatorem uel artificem: cum intentione percipiendi aliquid utilitatis. licet non faciat pactum de hoc. sed ponit in discretionem eius uolens in omni casu capitale saluum. usura est. Sed si uult participare dampnum sicut de lucro. tunc licet etiam cum pacto. Et in hoc solent etiam offendere mulieres de dotibus suis: & dicuntur deposita uulgariter. sed est usura xiiii q. tertia. plerique in tex. & glo. Si in soccidis anima lium pecorum boum & huiusmodi ita paciscitur ut saluum sit caput uel saluum capitale. est usura: sed si non est saluum sed nimis grauatur una pars non est usura sed iniusticia. Si in emptione fructuum terre uel aliarum rerum ex eo quod ante per aliquos menses quam reciperet fructus uel

puta octo

alias res soluit precium propter hoc emit mi-  
nus iusto precio . ut si ualebat decem emit no-  
uem . usura est secus si hoc faceret . quia ueri-  
similiter etiam potest mi mis ualere q̄ illud qd̄  
soluit prouerbiorū octauo . Si uendit ad cre-  
dentiam seu terminū pannos laneos lineos uel  
sericos . uel alia quecumq; precio maiori q̄ cō-  
tantos . quia uendit sic plus iusto precio : raci-  
one dilationis . usura est . Si autem non uendit  
illud plus iusto precio . sed non uult illi facere  
forum ei bonum : sicut ei qui dat sibi peccuni-  
am numeratā non est usura . ut extra de usuris  
Nauiganti . & . capitulo in ciuitate . Si fecit cā-  
bia & si mutua ut de uno floreno aureo ad mo-  
netam uel econuerso accipiendo aliquid secun-  
dum communem cursum . non est illicitum . Si  
fecit cambia per literas realia de loco ad locū  
non ficta . non est illicitum moderatum lucrū .  
Si cambia que uulgariter dicuntur cambia *uic ficia*  
*ta* aut per uenetias aut per libras de grossis usu-  
ra est q̄a ibi realiter est mutuū & sub spe lucrī  
hec habundāt in florencia . Si tutor curator pu-  
pillorum uel procurator & factor cuiuscumq;  
pecuniam pupillorum uel patronorum dedit  
ad usuram in utilitatem illorum : ultra peccatū  
mortale commissum in casu q̄ illi nō possunt  
uel non uelint restituere . quia illi qui habuerūt

utilitatem principaliter tenentur. sed non fa-  
 cientibus ipsis: tenetur tutor curator & pro-  
 curator ad huiusmodi. Si quis emit domum  
 uel agrum multo precio minusquam ualeat: in-  
 tendens q̄ uenditor redimat ab eo & propter  
 hoc faciens pactum. & ipse interim fructum p-  
 cipiat: usura palliata est. Si quis propter pe-  
 cuniam mutuata aliquando petat uel sperat  
 principaliter ab eo aliquod obsequium uel utili-  
 tatem que pro precio possunt extimari et cete-  
 ra ut opera boum uel persone ad colendam ter-  
 ram uel aliud. uel mutuatio sui iumentum uel ali-  
 quod enceniū uel procuret sibi beneficium uel  
 officium seculare uel ecclesiasticum: uel q̄ det  
 sibi p̄pter hoc plus de fructibus terre eius quā  
 colit. usura est. Et quando propter hoc non  
 ab eo cui mutuauit sed ab alio ut domino uel  
 communitate recipit utilitatem exinde hoc de-  
 bet pauperibus dare. Si quis accipit sub mutuo  
 ad usuram non ad prouidendū sue necessitati  
 sed ut faciat usuram uel ludat uel alias male  
 utatur. peccat mortaliter. Idem si inducat eū  
 q̄ non esset feneratorus. pe. de. pa. Si fieret sta-  
 tutū in aliq̄ ciuitate q̄ usura soluāt: uel q̄ solute  
 non possunt repeti: aut repetite non deberēt  
 restituere: excommunicati sunt qui faciunt hu-  
 iusmodi statuta: & qui iudicant secundum ip̄a.

Vnde illi qui faciunt capitula cum iudeis: ut  
domini & communitates continentia q̄ pos-  
sunt fenerari: & q̄ non possunt repeti in iudi-  
cio usure extorte ab ipsis & huiusmodi uiden-  
tur incidere in hanc excommunicationem: do-  
mini qui faciunt & ciues qui hec consulunt  
extra de usura ex graui. m. c. l. ¶ De emptione  
denariorum montis uel in prestitorum ueneto-  
rum uel locorum ianuensium. quia alii qui po-  
nunt usurarium esse contractum licet alii con-  
trarium teneant. ideo nemini consulas ut faci-  
at post factum autem si potes facere seu indu-  
cere eos qui fecerunt ut post mortem suam &  
unus alterius finiat communitatem uel partem  
det pauperibus: bonum erit. Si non uult: ad-  
herens opinioni contrarie: non facile condēp-  
nes in huiusmodi enim secundum doc. non est  
precipitanda sententia. De his & aliis supra  
dictis & multis aliis habes supra in secunda p-  
te titulo secundo de usura.

¶ Circa idem septimum preceptum.

**D**E fraudulencia. Que fit uel in substan-  
cia rei: uendendo unam rem pro alia  
ut unum limphatū pro puro. Carnes

pecudinas pro castrato: ceram & aromata cū  
 aliis mixturis et cetera huiusmodi. in qualita  
 te ut rem prauam pro bona & <sup>ut</sup> pannum ferrū  
 corium aromata animalia defectuosa & huius  
 modi. uel in quantitate dando mensuras dimi  
 nutas: & pondera ut undecim uncias pro libra  
 & huiusmodi & in his si notabiliter dampnifi  
 cat proximum. peccat mortaliter: & tenetur  
 ad restitutionem. si parum nec plus intendens  
 uenialiter: & pauperibus erogetur. Si uendit  
 rem aliquam multo maiori precio q̄ ualet secū  
 dū communē estimationem illius temporis ad  
 uertenter peccat mortaliter: & tenetur ad re  
 stitutionem: si proximus notabiliter ledet. se  
 cus si parum. Idem si emit minori precio q̄ ua  
 leat ex ignorantia uenditoris. ¶ Si fraudauit  
 iustas gabellas & pedagia: tenetur cōtati  
 restituere: & si multum: uel eciam parum sed  
 intendens eciam multum. mortale est.

¶ De falsariis.

**D**E falsariis. Si quis falsificat aliquod  
 instrumentum: uel falsis scienter utit̄  
 ultra mortale tenet̄ ad ōne dāpnū qđ inde se  
 q̄t̄. Si q̄s falsificat lras papales: uel falsificatis  
 sciēter utit̄ ē excōicat9 cui9 absolucio pape re  
 seruat̄. Sed q̄ ex falsa cā suggesta q̄ exp̄ssa nō

obtinuisset illud beneficium quod recepit. licet non sit excommunicatus. tamen tenetur ad restitutionem eius quod sic recipit seu renunciationem uel resignationem. Si quis falsificauerit monetam ultra mortale peccatum tenetur ad restitutionem. Idem si falsam scienter utitur. etiam ipse qui in huiusmodi fuerit deceptus. Si quis falsat mensuras uel pondera civitatis uel scienter falsatis utitur. ultra mortale tenetur ad restitutionem dampnorum inde sequentium. Si quis falsat literas uel sigilla prelatorum uel aliorum. ultra mortale tenetur ad satisfactionem omnium dampnorum inde sequentium. Idem de falsificante quemcumque librum uel scripturam in dampnum aliorum. Et <sup>noti</sup> contra falsificantes instrumenta uel literas uel alia in quibusdam locis est lata sententia excommunicationis. Si quis bullis papalibus apponit uel remouet unam literam uel punctum secundum hostiensem est excommunicatus excommunicatione papali que fit in curia. Nam in iure communi non habetur. & hoc si bulle habent uigorem. nam si expirasset earum ualor ut quia erat gracia ad tempus & expirauit tempus si totum raderetur non incurreret quis excommunicationem Fachardus. Richardus

**C**irca idem septimum preceptum.

**D**E iusticia. Que fit a iudicibus assesso-  
 ribus aduocatis procuratoribus notari-  
 is & de quibus sunt interrogandi habes  
 in tercia parte inferius capitulo tercio. & .iii.  
 ubi uide. Accusator & testes scienter pceden-  
 tes contra aliquem false : tenentur de eius dāp-  
 no ipsi accusato. & peccant mortaliter. **D**e  
 inde q̄ grauat subditos in collectis iniustis :  
 tenentur ad restitutionem. & de uiciis eorum  
 de quib9 sunt interrogandi habes in tercia par-  
 te secundo capitulo.

**D**E furto. Si abstulit rem alienam occul-  
 te inuito domino non solum ab extra-  
 neis. sed etiam filius a parentibus. uxor  
 a uiro. seruus a dño. discipulus a magistro. soci-  
 us a socio consanguineus a consanguineo. est  
 furtū. si est qđ notabile dampnū. uidetur & mor-  
 tale : & tenetur ad restitutionem. sec9 si quid  
 mīmū ut aliquos fructus: quatrenum & huius  
 modi. Si rem sibi mutuata retinuit uel alter rē  
 alterius uenientē ad manus suas non restituit.  
 nisi ille tantundē de suo haberet certitudinali-  
 ter quod non uult restituere. Si inuenta que  
 nō habentur p derelicto nō restituit. sed acce-  
 pit ad sibi retinendū. Et si post inquisitionem  
 non reperitur cuius sit debet pauperibus dari  
 alias esset mortale nisi ipsi indigenti daretur.

De thesauris inuentis multum statur consue-  
tudi uide supra in secunda parte . Si usus est  
pignore ad sui utilitatem contra uoluntatem  
domini rei . Si usus est re comodata ad alium  
usum quam fuerit comodata: uel deposita re si-  
ne licencia deponentis: nisi presumat dominum  
re esse contentum . tenetur de huiusmodi uti-  
litate . Si prelatus expendit in turpes usus bo-  
na ecclesie deputata ecclesie reparationi uel pau-  
peribus : uel bona monasterii . Si recipit a re-  
ligiosis aliquid sine causa rationabili: sed uel pro  
turpitudine uel lucri acquisitione: uel causa a-  
micicie uel parentele sine aliqua indigentia:

**C**irca idem preceptum de sacrilegio:

**D**E sacrilegio quod est circa res sacras  
Si imposuit uel dedit super hoc confi-  
simum ut imponeretur collecte clericis  
& personis ecclesiasticis : non habita licencia  
a romano pontifice si secutus est effectus: ul-  
tra mortale est obligatus ad restitutionem .  
& nisi desistat post amonitionem : est excommunicatus  
Si fecit uel fieri fecit & consumuluit: statuta contra ec-  
clesiasticam libertatem: ultra mortale tenetur  
de dampnis & est excommunicatus ipse & scriptores &  
iudicantes secundum ea uide plenius supra in prima parte .  
Si usurpauit patronatum de nouo alicuius uo-  
cantis ecclesie uel monasterii uel locorum pioꝝ:

uel bona ipsorum locorum uacantium. est exco-  
 municatus uide supra in prima parte tituli. Si  
 abstulit rem sacram uel calices pamenta de lo-  
 co sacro id est ecclesia aut rem sacram de loco  
 non sacro aut rem non sacram de loco sacro :  
 ut furans in ecclesia aliquas res non sacras .  
 Si effregit locum sacrum ut portas ecclesie  
 uel locum religiosorum ut portas conuentus  
 ultra peccatum mortale est obligatus ad satis-  
 factionem de iniuria & de dampno: & est exco-  
 municatus : & ante denūctiationem potest ab-  
 solui a diocesano. post denūctiationem a pa-  
 pa solum uel a summo penitenciaro extra de  
 sen. ex **¶** Peruenit. Si fecit incendium in lo-  
 co sacro uel religioso studiose idem iudicium  
 est sicut de effractione per idem capitulum. In-  
 cendarii aliorum locorum de iure communi  
 non sunt excommunicati: nisi in aliquibus lo-  
 cis per synodalem. Si legata facta ecclesis uel  
 aliis piis locis aut pauperibus non soluuntur  
 integre: & si nimis differunt: peccant mor-  
 taliter: nisi impossibilitas excuset. & alicubi  
 est excommunicatio synodalis. Si non dedit  
 laicus decimas ubi consuetum est dare: tene-  
 tur ad restitutionem.

Circa idem septimū preceptum De Rapina.

**O** E rapina qua res auferitur māifeste & p

uolēciam . Si rapuit rem alterius uolenter  
debet restituere . & ultra restitutionem tene-  
tur petere ueniam : si comode potest : de iniu-  
ria uolentie . Si quis pirrata est idest predans  
per mare quoscumq; indifferenter . ultra pecca-  
tum mortale & restitutionē : est excommunicat⁹  
ex cōmunicatione papali . ut patet p̄ processum  
q̄ fit in curia annuatim contra huiusmodi . sec⁹  
de illis qui precise hoc faciunt cōtra illos uel ali-  
os : cum quibus hnt bellum . Si qs depredatus  
est romipetam uel eūtes uel redeuntes ad urbē  
uel portātes necessaria ad usum curie . est excōi-  
catus excōdicatione papali . Si in bello iniusto  
depredatus est inimicos . ultra mortale et resti-  
tutionem non debet absolui : nisi disponat se in  
illo uel in alio bello iniusto numq̄ reperire . Si  
in bello iusto abstulit ab amicis sicut faciunt  
stipendarij : uel ab ecclesijs inimicorum . quia  
tenetur ad restitutionem . Si inuasit hosti-  
liter uel discurret per terras ecclesie . ultra  
peccatum mortale & restitutionem : est ex-  
communicatus excommunicatione papali . ut  
patet p̄ p̄cessum qui annuatim fit in curia in  
cena domini . Nota q̄ omnes dantes consiliū  
ad aggrediendū siue sumendū aliqd bellū in  
iustū : sine quoz cōsilio non fuisset factū uel nō  
poterat fieri . tenentur in solidum de omnibus

dampnis ide secutis. Ray. Si pticipauit in cri  
 mine rapine uel furti uel alterius iniuste dāp  
 nificationis in aliquo infrascriptorum modoꝝ  
 qui continentur in hiis uersibus Iussio cōsilū  
 consensū palpo recursus. Participās mutū nō  
 obstans nō manifestans. Tenetur in solidum  
 idest intotum de omni dāpno secuto: quousqꝫ  
 illi qui passus est sit satisfactū. Intellige hoc  
 tamen cum distinctiōe ut patet quantum ad p̄  
 mum uersum de tali iussioe uel consilio uel con  
 sensu cooperatiōis uel palpo id est adulācia: uel  
 recursu id est receptatione latronum uel rerū  
 ablatarū tali: q̄ sine huiusmodi non fuisset fac  
 ta rapina uel dampnū. alias non tenetur: nisi  
 quantū uenisset ad eū de re rapta uel de quanto  
 dampnū fecisset cū suis: uel quantū plus fuisset  
 factū ppter aliquod predictorū ab ipso facto  
 rum. Quantū ad scđm uersum nota q̄ nō ob  
 stans nō manifestās et mutus tenet: q̄n̄ ē offi  
 cial̄ & p̄t impedire dampnū & nō facit. Tho  
 in quarto. di. uicesima & .pe. & .alb. Itē et s̄r  
 caplm. Sicut dignū: extra de homi. p̄la ex hiis  
 dicit. Quantū ad participationem istud p̄t fi  
 eri multipliciter. ¶ Vno modo operando cum  
 aliis ad rapiendum et tunc tenetur ad illud q̄  
 recipit uel dampnificauit si non fuit in causa  
 principali uel quasi. ¶ Secundo modo recipi

endo per uiam doni de rapina & ad illud tēet

**T**ercio modo per consumptionem rapine! in uictu & uestitu & huiusmodi sicut famuli raptoris & usurarii : qui omnia habent de rapina uel usura & tenetur ad illud q̄ consumit quid autem talis facere debeat uide in summis.

**Q**uarto modo per dotationem ut maritus quidem qui sciebat socerum suum non habere nisi rapta bona & usuraria non potest recipere dotem. si recipit tenet ad restitutionem filia autem cum remanet uidua : tenetur restituere dotem quia aliena est. Si nesciebat esse talem : tunc diuersa opinio doctorum utrum possit tenere maritus. sed filia uidua uidetur teneri.

**Q**uinto modo per emptionem rei rapte uel furtiue & si scienter hoc faciat ob sui utilitatem. ultra mortale tenetur restituere : si inuenit dominū rei. si nō inuenit : pauperibus debet erogare : uel precium eius. etiam si iā consumpsit. Si ignoranter : siue ignorancia iuris siue facti a peccato potest excusari sed quando scit. tenetur restituere : si nondum distraxit. etiam sine precio petito a domino rei. sed repetat auēditore si potest. Idem de oibus q̄ successiue emerunt hanc rem : nisi prius distraxerint illam rem . quia si bona fide existentes distraxerunt uendēdo : nō : tenentur. sed emens . Ray

20.

De hiis enim uide plenius in summis & supra  
in secunda parte tituli. Qui impedit alium in  
iuste <sup>ab</sup> asssecutione alicuius officii uel beneficii ec  
clesiastici uel secularis ubi iam sibi erat acquisi  
tum ius: tenetur ad satisfactionem talis damp  
ni Si autem nondum erat sibi ius acquisitum.  
sed erat in uia ut acquireretur ad arbitriū bo  
ni uiri: quantum potest illud dampnum in illo  
dubio extimari Similiter qui iniuste deiecit ab  
obtentio: uel procurat alium eici. secus cū iuste  
pcedit thomas in quarto di. uicesima scda.  
Qui infert dampnū q̄ in specie non potest re  
stitui uel nō debet ut mutilatio mēbri cū quo  
ille lucrabat ut manum inscribendo uirginita  
tem alteri auferendo precipue p seductionem  
& uiolentiam mortem inferendo: qui suo la  
bore familiam suam nutrebat. scienter dando  
ad uecturam uel uendendo equum claudican  
tem: uel alias nocuum non illi indicando un  
de emptori sequitur nocumentum & huiusmo  
di: tenetur satisfacere de huiusmodi: ad arbitri  
um boni uiri Si mulier supponit sibi partū  
alienū uel ꝑcepit per adulteriū: nesciente uiro:  
tenet uiro de om̄ibꝫ expensis factis illi puta  
tuo & cōsanguineis id est filius uel aliis heredi  
bꝫ de hiis que pueneūt ad eū. nō tñ tenet illa  
m̄lier māifestare sc̄m cū piclo uite sue Ray

*pmi* Sed quid agendum ei sit uide in secunda parte  
tituli Si existens camerarius seu thesaurarius  
cōmunitatis q̄ uulgariter dicitur camerlingo:  
seu notarius uel habens aliud officium pro quo  
est sufficienter salariatus. & nichilominus a  
personis cum exequitur officium suum puto fa  
ciendo cedulas & huiusmodi aliqd̄ exigit. usur  
patio est. nec puto excusat eum consuetudo:  
sicut nec a rapina: propterea enim statuuntur  
salaria ne petat ab illis unde peccat & debet  
pauperibus erogare qđ dico. quia difficile esset  
propriis personis cum & modicum sit argum̄  
tum xiiii. q. quinta Non sane Si cum peccuni  
is quas habet cōmunitatis in deposito negocia  
atur: & si quidem cum eis lucretur p̄ contrac  
tus usurarios. tenet̄ restituere usuras ei a quo  
accepit Si per cōtractum licitum uidetur tene  
ri saltē pro pte cōitatu uel paupib9 erogare p̄  
tem Si quis ingressum in religionem educit p̄  
uolentiam uel per suasionem. ultra peccatum  
commissum est excōmunicatus. cum infert uo  
lenciam persone. teneturq; illū uel alium indu  
cere ad religionem ad satisfactionem: uel tene  
tur ipse ingredi si non habet impedimentū. pe.  
& .io. De eo qui eum <sup>qui</sup> intendit ingredi omnino:  
& si nondum ingressus reuocat ab illo propo  
sito Idem dicunt quidam quando scilicet non

xi

ex iusta causa ut q̄a in illa religione male uiu-  
tur. sed ex causa irrationabili.

Ad preceptū ix pertinet hoc capitulum.

**D**E cogitatione seu desiderio habēdi res  
alienas. Nota q̄ ultra peccatum operis  
iniuste usurpationes diuersarum specierum de  
quibus dictum est. Interrogandū est etiam de  
desiderio habito circa res alienas habendas: seu  
acquirendas: iniusto modo. quia tale desiri-  
um seu cogitatio si est cū assensu rationis & ali-  
cuius rei notabilis. semper est mortale & eius-  
dem speciei cuius est opus illius acquisitionis  
iniuste. Sicut uerbi gracia si desiderat habere  
per usuram: est species usure. si per rapinam  
est rapina. si per uia occultā est furtum. si est  
per rem sacram: sacrilegium & sic de aliis. Et  
ideo interrogandus quomodo desiderant ha-  
bere rē alienā ut habeatur species peccati: que  
est necessaria confiteri. In hiis tamen pecca-  
tis cordis ad restitutionem non tenetur. Nota  
etiam cum quis opere minimo dampnificat px-  
imum per quemcumq; modum: si propositum  
habet etiam in multo si posset cōmode. morta-  
liter peccant licet in actu modico decipiat.

De p̄cepto octauo ne dicas falsum testimoniū  
**M**endatio. Hic agendū est de detrac-  
tione que est contra istud preceptum.

Si dixerit aliquod mendaciū permissiū quod  
sit contra honorem dei ut in hiis que sunt fidei:  
uel dampnum notabile proximi spirituale uel  
temporale mortale est. Tho. secunda secunde  
uerbi gracia si dixit fornicationē non esse pec-  
catum: uel usuram & huiusmodi: uel si negat  
q̄ ipse uel aliq̄ debet proximo suo quod ipse no-  
uit & huiusmodi. Si dicit mendaciū in iudi-  
cio interrogat̄ iuridice mortale est. Tho. Si  
dicit mēdaciū i confessione de necessariis q̄fitēdis  
mortale ē Si dicit mēdaciū in p̄dicatione stu-  
diose ē mortale: nisi ex surreptiōe uel subitatiōe  
locutionis in p̄meditate. Si dixit mendaciū i o-  
cosum causa solacii uel officiosum id est ad uti-  
litatem aliquam inde consequendam spirituale  
uel temporalem sine nocumento alterius pecca-  
tum est semper ueniale. Tho. secunda secunde  
questione tertia. Sed si persona que dicit mē-  
daciū etiam officiosum ē auctoritatis & mag-  
ne reputationis seu perfectionis. possit per ac-  
cidens tale mendaciū esse mortale: si uideli-  
cet sequeretur in graue scandalum in mentibus  
hominum. Si dixit falsum testimonium con-  
tra aliquem in iudicio: uel accusauit iniuste. ul-  
tra peccatum mortale: tenetur de omni damp-  
no: lesio sed & ad restitutionē fame ut scilicet  
dicat se falsum dixisse. P̄ q̄ uero ille ē punit̄  
non tenetur propter periculū q̄ ei immineret

vacat non tenetur propter periculū qđ ei immineret

Circa idē n̄ preceptum de detractione.

**D**E detractione per quam aufertur fama alterius & multipliciter. Nota si quis imponit alteri aliquid falsum quod sit peccatū mortale. mortaliter peccat: & tenetur ad restitutionem fame nisi ex hoc immineret sibi magnum periculum. Tho secunda secunde. Si peccatum alterius mortale cū esset occultum manifestavit aliis ad diffamādum: peccavit mortaliter: & tenetur ad restitutionem in quantum potest. nisi illud crimen postea per aliam viam esset publicatum. Si peccatum alterius occultum manifestavit: non intencione diffamandi uel alias nocendi. sed ex quadam loquacitate. non uidetur mortale: nisi per accidens. uidelicet si ex hoc sequeretur diffamatio illius: ut quia audientes publicāt. Si fecit libellos famosos id est cedulas siue scriptas in detractionem alterius ponendo in loco publico: ut legantur aut etiam cantiones siue cantilenas & huiusmodi mortaliter peccavit: & tenetur ad restitutionem. Si accusauit in iudicio uel denunciavit prelato crimen alterius. non zelo iusticie. sed ex maliuolēcia peccavit mortaliter sed ad restitutionem fame non tenetur. si autem ex loquacitate uenialiter. Si defectus aliorum qui sunt

uenialia communiter recitauit ex loquacitate  
ue indignatione . non est mortale nisi intende  
ret etiam sic diffamare . Si significauit pecca  
tum alteri & mortale occultū prelatis uel par  
entibus uel confessoribus uel aliis qui sunt per  
sone mature: ut peccanti possit melius provide  
ri quod precipue habet locum cum timetur de  
reciduo. non est peccatū sed caritas. ¶ Et no  
ta q̄ quis tenetur ad restitutionem fame si fal  
sum dixit & debet dicere hiis quibus dixit : se  
falsum dixisse. nec excusatur q̄ sit ei uerecundia  
magna. Si autem dixit illis uerum non debet  
illis dicere se falsum dixisse. quia esset mendaciū  
sed iniuste & male dixisse. Si quis narrat cri  
men alterius prout audiuit id est dicens se au  
disse sic ab eo dici licet occultum: ex loquacita  
te uel leuitate non uidetur mortale. nec tenet̄  
ad restitutionem fame uel est dubium. ¶ Si qs  
bona facta ab alio : dixit mala intencione facta  
uidelicet propter ipocrisim & superbiam & hu  
iusmodi intendens eum diffamare. peccat mor  
taliter. Idem si negat bona facta ab aliquo si eū  
tacet bona que scit cum est necessarium ad libe  
randū proximū. ¶ Si audiuit infamationes &  
diffamationes aliorum. nam si hoc facit quia  
delectat̄ de infamia aliorū peccat mortaliter.  
Si autē facit quia delectatur de loquacitate sed



displicet infamatio aliorum non uidetur mor-  
tale. In prelatiis autem qui possunt huiusmodi  
prohibere cum aduertunt: Et nō faciunt. mor-  
tale uidetur distinctiōe uicesima quinta. Ea de  
mum: in glosa.

Secunda pars de uiciis Capitalibus  
& eorum filiabus incipit feliciter.

**D**E auaricia primo. Que tripliciter per-  
petratur scilicet iniuste acquirendo: te-  
naciter retinendo: & inordinate aman-  
do. habet autem multas filias & species. primo  
modus .s. iniusta acquisicio: de quibus dictū  
est contra illud preceptum. Non furtum faci-  
es restant tamen aliquę de quibus nunc dicen-  
dum est. postea de retinendo. tercio de inordi-  
nato amore. ¶ De simonia que est circa spiri-  
tualia emptio uel uenditio. & semper est mor-  
tale in omni casu. Et pecunia que recipitur si-  
moniace nō debet ei restitui qui dedit. sed pau-  
peribus tenetur erogare de necessitate uel illi  
ecclesie in cuius iniuriā est data. ¶ Si dedit pec-  
uniam uel aliud qđ potest precio extimari pro  
habendo aliquo sacramēto ut baptismo: eucha-  
ristia benedictione nupciarum: penitencia: or-  
dinatione crismate & extrema unctione: qua-  
si precium ipsius sacramenti. cuius signū qđ dat  
ut precium: quando sit pactio cum dante. Idē

presumitur quando negatur sacramentum si non  
detur pecunia. simonia est. nec excusat consue-  
tudo. secus est si dat ut elemosinam & gratis:  
non coactus. sed sponte: & ad seruandum con-  
suetudinem. non ex actus Si uendit uel emit  
aliquam capellam ecclesie simonia est. Si emit  
uel uendit sepulturam ecclesiasticam: siue  
sepulchrum ubi ponitur cadaver: nisi forte ef-  
set tumba seu archa lapidea in qua quisquam  
non dum positus est siue officium quod dicitur  
simonia commisit. Si emit uel uendit ius patro-  
natus alicuius ecclesie uel capelle: simoniam  
commisit. Si patronus existens pro pecunia el-  
egit uel presentauit instituendum simonia commisit.  
Si porrexit preces carnales id est pro indigno  
aliquo amico promouendo ordinando uel bene-  
ficiando. simoniam commisit. Si intendit ut pre-  
latus ratione precum det. similiter simoniam com-  
misit prelati qui principaliter intendit illa da-  
do. Si fuit mediator ad procurandum alteri ali-  
quod spirituale ut beneficium: ordinem & hu-  
iusmodi pro aliquo temporali. simoniam com-  
misit. Si conduxit aliquem ad predicandum cum  
pactione pecunie: uel intentione huiusmodi. si-  
moniam commisit. & similiter predicator qui  
hoc acceptauit. Si filiam uel consanguineam mi-  
sit in monasterium pactione facta de certa

quātitate pro ingressu monasterii. simoniam  
 commisit: similiter moniales. De simoniis cle  
 ricorum uide illa in tertia parte in capitulo de  
 infra clericis. & de ista materia habes plenius in se  
 cūda parte titulo primo per totum.

**O**E prodicione que fit frequenter ex aua  
 ricia. Si prodidit ciuitatem aliquam uel  
 castrum uel personam inimicis. ultra  
 mortale tenetur de omni dampno inde secuto.  
 Si prodidit secreta alterius iniuste ultra morta  
 le tenetur de dāpnis inde secutis. secus si secre  
 ta iniqua ut coniurationes & tractatus contra  
 ciuitatem uel nocumenta personarum iniusta  
 manifestat. quia tunc bene facit & facere tene  
 tur. Si recepit aliquid sub sigillo confessionis  
 sed non in confessione: si reuelat aduertent  
 ter. peccat mortaliter: nisi illud esset quid in  
 iquū cui possit obuiari manifestando. Et si de  
 hoc perpendit quando promisit. peccat mor  
 taliter. sed nō debet tenere secretum quia tūc  
 etiam peccaret & magis grauiter. Si autē nō  
 grauius tunc debet potius tacere. Si legit lit  
 teras alicuius clausas. uidetur mortale racione  
 scandali q̄ potest sequi nisi poneret spem  
 in rati habitatione mittētis: uel eius <sup>qui</sup> cū mittit.

**O**E acceptione personarum. Si accepit  
 personā in iudicio: ut sit magis audiat

unā partē q̄ aliam uel credit uni magis q̄ alte  
ri. nō seruato ordine iuris ratione amicitie &  
huiusmōi mortale pot̄ esse ppter circūstācias  
Si in distribuendis bñficiis uel officiis ecclesia  
sticis uel secularib9 admittit indignos & malos  
sciēter. peccat mortaliter. & tenet̄ de dāpnis  
inde secutis. saltē quo ad deū. Si in faciēdis ce  
dulis que uulgariter dicūtur serutinia scienter  
admittit indignū uel q̄ phibetur admitti uel  
excludit dignum mortaliter peccat. Si in di  
stribuēdis oneribus uel in ponendis collectis  
ciuitatis: sciēter grauat aliquē ultra debitū uel  
alleuat. peccat mortaliter. Et si solū āx ei9 de  
terminatiōe fieret t̄lis distributio tenet̄ ad satif  
factionē de dāpno sec9 at̄ ubi p̄les alii iponūt  
cū eo. ita q̄ ex eo nō p̄cedit ipositio imodera  
ta q̄a & si peccat mōrliter tñ nō uidet̄ teneri  
satisfacere simpliciter. Si cū haberet distribue  
re elemosinas alicui9 societatis uel testamenti  
& huiusmodi. & non fideliter distribuit. & dedis  
set non indigentibus. ultra mortale tenet̄ ad  
restitutionem.

**D**E turpi lucro. Si iudex accipit pecūias  
ut iudicaret. aut ut bñ iudicaret: aut ut  
nō iudicaret: aut ut iuste iudicaret peccat mōr  
liter & tenet̄ illā restituere dāti. nisi dedisset ut  
male iudicaret. q̄a tūc tenet̄ dare paupibus.

Idē de teste p testimonio ferēdo. q̄a peccat:  
 & tenetur restituere. Si facit instrumentū in  
 fraudem usurarū: ut notarii. quia peccauit mor  
 taliter & mercedē quam accepit debet pauperi  
 bus erogare. Si seruiuit usurario in arte usura  
 ria. q̄a peccauit mortliter. & si omnia bona usu  
 rarii essent obligata restitutioni: non posset  
 retinere solarium. sed restituere creditoribus  
 usurarii aut pauperibus dare nisi ipse sit paup.  
 tamen hoc non est ex necessitate. Si quis fecit  
 aliquam artem uel artificium cuius usus est ut  
 in pluribz est mortale ut facere taxillos. peccat  
 mortaliter. nec debet absolui: nisi disponat se  
 illud dimittere. de lucro autem facto debet pau  
 peribus dare ex concilio non precepto. Si die  
 bus festiuis emit uel uendit negociando nisi  
 forte in nandinis: uel fecit contractus non ne  
 cessarios tunc: uel scripsit uel aliud manuale  
 fecit pro lucro. quia ultra peccatum debet il  
 lud lucrum pauperibus dare secundum aliquos.  
 quod tamen magis uidetur de honestate q̄ de  
 necessitate. Si tempore messium uel uindemi  
 narum emit blaydam uel unum uel fructus:  
 ut alio tempore uendat carius: non existens  
 talis rei negociator. nec propter aliquem ho  
 nestum finem: nisi propter cupiditatem. tur  
 pe lucrum est. non tamen tenetur in aliquo.

Si accepit aliquid ob eligendum ad dignitatē  
aliquam temporalem uel officium seculare: uel  
uendit huiusmodi officia secularia turpe lu-  
crū est. nō tamē uidet̄ teneri ad restitutionē.

**Q**UE ludo si lusit ad taxillos uel cartas uel  
alium ludum fortune. Si uicit per frau-  
dem: uel per falsos taxillos: uel men-  
daciōse. tenetur illud quod sic acquisiuit resti-  
tuere amittendi. ultra mortale commissum nisi  
foret quid paruum. Si uicit ab eo qui alienare  
non potuit: ut seruo religioso: uxori filiofam-  
lias & huiusmodi tenetur restituere his qui  
habent curam illorū. & est mortale. si est quid  
notabile: & ex cupiditate acquirendi ludit. Si  
per multam importunitatem traxit alium qui  
hoc non intendebat: uel retinuit uolentem re-  
cedere. ultra mortale tenetur restituere illi: si  
est quid notabile. Si acquisiuit seu uicit per lu-  
dum huiusmodi: in locis ubi prohibetur ludus  
& mandatur fieri restitutio siue legibus imperi-  
alibus seu municipalibus & seruatur. quantum  
ad utrumq; debet tunc fieri restitutio illi qui a-  
misit. secus si leges ille sunt abrogate per con-  
trariam consuetudinem. Si uicit per ludum in  
aliis casibus exceptis causibus predictis. non  
tenetur restituere illi qui amisit quā possit eli-  
mosinaliter si sit pauper. sed debet pauperibus

erogare : secundum aliquos ex honestate & cō  
silio secundum alios ex necessitate : quod est  
tutius. tamen non ita oportet tales stringere  
ad citam restitutionem sicut in furtis : usura:  
& huiusmodi. De aliis que contingunt in lu  
dis ut blasphemia amissione temporis & huius  
modi habes in diuersis capitulis.

**D**E inquietudine circa temporalia acqui  
renda & conseruanda. Si adhibuit ni  
miam sollicitudinem circa huiusmodi :  
& ppter hoc dimisit aliquid necessarium ad sa  
lutem : ut missam & huiusmodi est mortale.  
Si non dimisit necessaria sed remissus est quo  
ad spiritualia ueniale. Si habuit nimiam solli  
citudinem circa huiusmodi ex paruitate confi  
dentie auxilii dei in se non est mortale sed ui  
detur ueniale. multum tamen impedimentum  
deuocionis & aliorum bonorum est.

**O**E auaricia in retinendo tenaciter sci  
licet de inhumanitate in non faciendo  
elemosinas corporales : indigentibus quā pōt:  
que continent in hoc uersu. Visito potō cibo re  
dimō tego colligo condo. Si habens super  
flua quo ad naturā & quo ad decenciā status  
p se & familia sua: non subuenit necessitatibus  
aliorum: etiam non extremis sed magnis quas  
nouit. mortale est. Si habens superflua quo ad

naturā & si nō quo ad decenciā non subuenit  
patientibus extremam necessitatem : quos sci  
uit. mortale communiter iudicatur. Sed hic o  
portet multa cōsiderare ad bene intelligendū.  
Vnde uide in seunda parte titulo p̄mo. Si ali  
as non subuenit pauperibus non patientibus  
necessitates extremas : cum tamen possit uel  
tardauit dare : uel exasperauit pauperes. uenia  
le est. Si parauit pauperibus nimis sumptuosa  
uel nimia : uel questuatis sine causa urgen  
te uel male utentibus elemosinis . peccatum  
uidetur potius q̄ meritum . Si laborantibus  
pro eo quocumq; ministerio : nimis distulit da  
re mercedem ultra factam conventionem cum  
tamen possit soluere . possit esse mortale : si in  
currerent graue dampnum uel scandalum. Itē  
si aliquid defalcant.

**D**e auaricia in amando inordinate. No  
ta q̄ si quis etiam res iuste acquisitas  
ita inordinate amat ut inhereat eis ut fi  
ni. cuius signum est quando propter eas non  
amittendas esset paratus facere cōtra aliquod  
preceptorum . peccat mortaliter . quia diligit  
plus creaturam q̄ deum . Si autem nullo mo  
do uellet facere contra salutem suam propter  
huiusmodi temporale quamuis inordinate affi  
ciatur seruantes . est ueniale .

**D**E prodigalitate que est contraria auaricie. Si superflue expendit substantiam suā uel in edificiis sumptuosis: uel equitaturis: uel in cōuiujs nimis deliciosis uel frequentibus: uel in palestris & ludis uel in ornamentis & precipue mulierum: uel in turpitudinibus uel in enxenjs uel histrionibus. peccatum est. Et quādo est notabilis excessus secundum proporcionem sui status. est mortale: alias in modico est uentale. Descendere autem ad particularia in determinando quando mortale uel uentale defacile non potest dari iudicium certum unde unctiōni dimitto.

**Q**UAE Inuidia secundum capitulū. Que est tristitia de alio bono in quantum consideratur ut diminutium proprie excellencie. & si est cum consensu rationis. est mortale nisi esset de aliqua re parua: sicut puer inuidet alteri puero quod habeat fructus plures & huiusmodi. Sed si sit secundum motum sensualitatis & cum displicencia rationis est uentale uel nullū etiam de re notabili. interrogandum secundū statum de huiusmodi inuidia. Si prelatus alteri inuidit de maiori prelacione & dignitate. Si officialis de digniori & meliori officio. Si doctor de maiori sciencia uel concursu. Si scolaris de acutiori ingenio alterius scolaris.

Si mercator alteri de maiori credito. Si ciuis alteri de maiori honore & reputatione. Si spiritalis alteri de maiori fama. Si mulier alteri de marito: filius ornamentis pulchritudine & huiusmodi. Si artifex de artificiis domus sue artis & lucro & sic de aliis. Si quis tamen dolet de bono proximi: non ex eo quod ille habeat. sed de defectu suo. quia ipse eo caret. contentus tamen quod proximus habeat: non pertinet ad inuidiam. Et similiter dolet de bono inimici ex hoc solum quia timet sibi nocumētum. Item non proprie pertinet ad inuidiam.

**D**e filiabus inuidie & primo de odio.  
**O**E odio & aliis filiabus inuidie. Si habuit odium ad deum quia flagellauit eum uel impediuit mala desideria eius uel alia causa. mortale est. Si habuit odium ad proximum: desiderans. scilicet malum eius ut malum. Et si est malum notabile quod illi appetit ratione deliberata. mortale est: siue malum sit in persona uel in fama uel in substantia. uel alio modo. secus autem si non consentit ratione uel quod non dampnosum multum. Si autem desiderauit malum alteri puta infirmitatis in bonum eius ut. scilicet et bonum efficiatur uel ne peior uel ne aliis noceat. non est odium. Interrogandum & inuestigandum hic caute. nam laici omnem displicentiam solent

appellare odium: que tamen non est nisi modo dicto. **U**tem odiū contra unum: reputant tantum unum peccatum. Sed nota q̄ sicut in aliis sic in isto quociens reuocādo iniuriam mēti de nouo odium habuit ad illum cum consensu rationis. tociens peccauit mortaliter. & ideo interrogādum de tempore quantum in eo perseuerauerit & quō frequenter odiuit. Itō q̄ dimittat omne odium. Sed non oportet imō non debet illi petere ueniam quem odiuit si peccatum est occultum: nisi eum offendisset uerbis uel aliis modis.

**C**apitulum de susurratione.

**D**E susurratione que est ponere dissensionem inter amicos propter malam intentionem. Si quesituit ponere discordiam inter amicos uel cōsanguineos: dicens mala uni de altero: & econuerso: uel referens studiose que possunt causare. huiusmodi quia mortale est. & nurus erga socrum & socrus erga nurum solēt huius uacare. Si dixit aliq̄ uerba unde orta ē dissensio inter amicos uel cōsanguineos: non hec intendens. sed caute. de se non est mortale sed potest esse: ratione scandali. Si quis tamen intendit dissoluere malam amicitiam uel conuersationem alicuius cum aliis ne decipiatur congruis medijs non est malum.

**D**E exultatione in aduersis. Si uiderit dampna & mala hiis quibus inuidet uel odium habet : letatur de liberato animo de dampno illius. est mortale. secus si nō deliberato animo. Letari autem de malo inimici : nō in quantum malum eius sed inquantū non poterit ei nocere uel alias iniuste : potest esse sine peccato.

**D**E tristitia in p̄speris. Que in hoc differt ab inuidia quia inuidia tristatur de bono proximi: & propter hoc cogitat quomodo male habeat & desiderat. Sed cōtingit sepe q̄ non patitur ille dampna que ei appetit. sed magis prosperatur : & de hoc tristatur. & ē mortale ubi ē assensio rationis. De detractio-  
ne filia inuidie habes supra in octauo p̄cepto.

**¶** Capitulum tertium de ira.

**O**E ira que est appetitus uindictę. uicium capitale & frequenter miscetur cum odio. Si propter aliquem defectum in se uel in alterum cōmissum desiderauit uindictam seu punitionem illius quomodocūq̄ : ut per se uel a deo uel ab alio : solum intendens satisfacere animo suo irato. & est mortale : quando solum intendit punitionem preter ordinem rationis si notabile malum & cum assensu ratiōis. alias uēiale ut ira cottidiana ī gubernātib9 familiā.

Si iratus in seipsum propter aliquem defectum turbatur q̄tra se. communiter ueniale. Si iratus contra deum propter aliquod flagellum murmurat corde uel ore: impacienter ferēs. & potest esse mortale & ueniale secundum modum impacientie.

**De filiabus ire.**

**D**E indignatione & aliis filiabus ire. Si indignatus est contra aliquem: non uolens eum uidere uel audire: reputans eū indignum q̄ sibi displicuerit cū deberet seruire potius. ueniale cōmuniter & si p̄ hoc retinet sibi loquelā uel alia signa ostendit displicencie que auferenda sunt ad tollendum scandalum p̄ximorum & opinionem odii.

**O**E timore mentis. Si excogitauit diuersas uias & modos ad uindicandum se de iniuria: & hiis implicauit mentem cogitationibus attercatiuis secundum processum potest esse mortale & ueniale.

**D**E clamore. Si ex ira clamauit contra aliquem inordinate & confuse & furiose loquendo ueniale communiter.

**O**E cōtūelia. Si dixit alteri uerba iniuriosa ip̄ortācia uicia uel obp̄bria aīo iniuriā di ut uocādo aliquē pditorē inhonestā p̄sonā dicēdo mala de parentib9 & huiusmōi mortale

est. Si dixit uerba iniuriola familie uel discipulis suis uel sibi subditis causa correctionis si fit debito modo & honesto. est sine peccato: alias communiter est ueniale. nisi infamatoria diceret unde sequeretur magnum scandalum.

**Q**UAE blasphemia id est maledictione. Si blasphemauit aliquem animo deliberato ut percuteretur tali maledictione in malum eius esset mortale: nisi hoc affectaret ad emendationem eius. Si autem hoc non desiderauit secundum rationem. sed subitum motum <sup>in re</sup> cuius signum est quia si hoc contingeret ualde doleret. Ueniale est: sicut cottidie fit a parentibus. Si maledixit creaturas irrationabiles. quia si fecit in detestationem creatoris uel in dampnum domini eius est mortale. alias ueniale & ociosum. Si blasphemauit animas defunctorum suorum parentum uel aliorum hominum. uidetur mortale quando uoletur intendere notabile malum. Idem cum seipsum maledicit ex impaciencia. Si blasphemauit diabolum. malum est quia ociosum saltem. De maledictione dei & sanctorum dictum est supra in primo precepto.

**Q**UAE rixa qua scilicet ex ira se inuicem homines percuciant. Istud cum fit animo nocendi uel iniuriandi ut in adulterium est mortale: in incipiente. Idem in persecute: animo uindicandi

secus si animo defendendi se tantum : uel etiam ad exercitium ut pueri .

**D**E seditione que est quando una pars ciuitatis insurgit contra aliam. & ex parte eius que iniuste mouet . est mortale : & in omnibus sequacibus eius. & tenetur de omnibus dampnis inde secutis alteri parti. Ex parte autem eius que resistit iniuste seditione mota contra se : uel bonum ciuitatis . non est secundum se peccatū nisi misceantur odia & uindicationes : prout communiter accidit. Quando etiam ex resistencia alteri parti sequerentur multa pericula & mala: cedendum esset alias non euaderentur multa peccata que in conflictu partium sequerentur. Si quis etiam est ita parcialis & gebelling ita obstinato animo uel aliter parcialis : quod petit exterminium alterius partis : exilium : uel dampnum per phas & nephas : patet etiam in malis sequi partem suam non est sine mortali & in malo statu.

**D**E bello. Si quis mouet bellum iniustum mortaliter peccat: & omnis qui dat consilium auxilium & fauorem. De dampnis autem que fiunt ibi & restitutionibus & quid sit iustum bellum uel iniustum uide in tertia parte tituli secundi. De homicidio supra dictum est in quinto precepto.

**U** De quarto peccato Capitali quod  
est Accidia capitulum quartum.

**D** E accidia que est quartum capitale &  
importat tedium bene operandi. Si ita  
contristatus & attediatus est q̄ habuit in hor  
rorem bona diuina & inabominationem spi  
ritualia & opera bona ad que tenetur sicut p̄cep  
ta dei & ecclesie & huiusmodi. quando a deo  
consensus rationis est mortale. Sed si tantum  
habet talem motum secundum sensualitatē cū  
displicencia rationis. est ueniale. Si ita contri  
statur de morte consanguinei uel alio cau  
su q̄ penitet eū bene fecisse: uel proponit am  
plius non bonum facere. mortale est. Si ita cō  
tristatur q̄ uellet numq̄ fuisse creatus a deo:  
seu non esse natus in mundo: uel esse sicut bru  
tū animal uel mori quocūq; siue male siue be  
ne dispositus dūmō: hinc exiret. talis tristitia  
secundū assensū rationis est mortale. Si eci  
am ita contristatur de aliquo casu aduerso: q̄  
incurrit grauem infirmitatem p̄pter nimiam  
tristitiam perdens sompnum dimitte ns cibum  
& huiusmodi. uidetur mortale quando potest  
se iuuare contra huiusmodi. Si contristatur ex  
consideratione bonorum que habent alij quibz  
ipse priuatur: uel pendens dona sibi data a deo  
& inde sumēs tedium bene operandi: secundū

illa accidia communiter est ueniale. & in personis spiritualibus reperitur. Si contristatur ex hoc quod bona proposita que facit sepe frangit ex hoc incurrens tedium operandi bene quasi sibi uideatur non posse proficere: accidia est incipientibus in spiritualibus deo seruire. Si ex frequentia temptationum attediatur in resistendo. ueniale est si tamen resistat. incipientibus contingit. Si attediatur in operibus bonis ut in orando operando in legendo uel audiendo lectiones aut predicationes uel dicendo officium & huiusmodi: non tamen dimittit de necessitate fienda communiter est ueniale & reperitur etiam in spiritualibus satis. Si contristatur de aliquo defectu magis ex eo quia apparet defectuosus coram hominibus: quam coram deo: talis accidia frequenter est ueniale procedens aliquando ex superbia.

**Q**UE filiabus accidie. In quibus est difficile cognoscere quando ibi sit mortale: nisi cum miscetur cum alio peccato ut cum obmittitur aliquod preceptum nisi deprimat.

**Q**UE desperatione. Si desperauit de misericordia dei extimans deum non posse uel non uelle ei parcere: etiam reuertenti ad penitentiam: uel non posse abstinere a peccatis cum adiutorio dei. est mortale peccatum. secundum

deliberationem & consensum . secus si secundū  
aliquem impulsū temptationis . Si desperauit  
se posse euadere aliquas miseras mundi uel pi-  
ricula ppter quod decreuit se occidere . est mor-  
tale : & si aliquid ad hoc fecit : multo magis .

**D**E malicia . Si contempsit diuina & spi-  
ritualia bona ex tristitia aggrauante  
mentem . est mortale mixta cū accidia . Si au-  
tem contempneret & refugeret ea per que pos-  
set uitare peccatum . quia tunc pertineret ad  
blasphemiam in spiritū sanctum ut infra dicitur .

**O**E rancore . Si habuit displicenciam &  
tedium ad corrigentes eum propter cor-  
rectiones : est ueniale nisi illos odret & tunc  
esset odium mixtum .

**D**E pusillanimitate . Si subtraxit se ab  
hiis bonis ad que erat aptus timore nō de-  
ficiendi : ut a ieiuniis : ab ingressu religionis : a  
prelacione iniuncta ab officio predicacionis &  
audiencia confessionē iniunctis & huiusmodi  
communiter est ueniale : nisi esset preceptum  
in eo quod dimittitur .

**O**E ociositate que procedit ex tedio **S**i  
stetit ociosus nil boni operans corpora-  
le uel spirituale . unde & tempus amittit irrecu-  
pabile ueniale uidetur : nisi ex ocio addatur aliud  
uicium quod frequenter accidit & quanto tē-

ore stetit ociosus.

**O** E torpore seu pigricia. Si fuit tardus ad bene operandum licet illud fecerit: ut tardus ad ecclesiam ad orandum: ad elemosinas dandum & huiusmodi. & communiter est ueniale: nisi ex tarditate obmitteret preceptum: ut quia non cito subuenit patienti extremam necessitatem: cum tenetur aut infirmo unde sequitur mors & huiusmodi tunc est mortale.

**O** E euagacione mentis. Si habuit distractionem mentis in oracione & fuit in causa uel cum uoluntate euagatur uel in audiendo diuina & predicationes: uel etiam extra diuina cogitat uana & inutilia. communiter est ueniale nisi addatur aliud speciale peccatum: uel per totum officium ad quod obligatur ex precepto. Si loquitur inutilia ex tedio uel audit noua uel mutat loca hinc inde: uel distrahit sensus & membra diuersimode. communiter est ueniale.

**D** E negligencia. Que est remissio uoluntatis circa ea que debet facere: que potest etiam dici tepiditas. In hac cottidie omnes offendunt sed est ueniale nisi committatur aliquod necessarium. Si fuit negligens circa opera misericordie spiritualia que continentur in hoc uersu. Consule castiga dimitte solare.



fer ora. Nota q̄ sub consilio comprehenditur  
doctrina id est docere ignorantem: precipue  
utilia ad salutem. Si fuit negligens ad discendū  
necessaria ad salutem: ut precepta dei & eccle  
sie: generalia quia huiusmodi ignorantia non  
excusat: uel ad eundem ad predicationem. &  
utile est idiotis iniungere audire aliquas predi  
cationes. Si fuit negligens ad procurandū sa  
cramenta sibi uel sue familie. & ex si negligēcia  
uel dilatione mortua est proles sine baptismo.  
est mortale. Si infirmus mortuus est sine con  
fessione uel communionē uel extrema unctiōe:  
cum ex negligēcia crassa procedit uidetur mor  
tale: uel graue ueniale secundum quod plus il  
le indigebat. **S**i negligens ad procurandum sa  
cramentum confirmationis: peccatum est. si  
iterato fecisset dare baptismum crisma uel ordi  
nem scienter. mortale: & contrahitur irre  
gularitas in suscipiente. Si fuit negligens ad  
correctionem fraternam cum teneretur uideli  
cet de occulto peccato & mortali: & inde spe  
rabat emendationem illius tunc esset mortale  
ipsam obmittendo omnino ueniale retardando  
uel de his que non sunt mortalia. Si non serua  
uit ordinem debitum in fraterna correctione  
uel nimis aspere uel in tempore uel in loco in  
debito. peccatum est.





quod

**D**E negligencia confessionis. Si obmisit  
 ad minus in anno semel confiteri uel ex  
 negligencia uel ex ignorancia. secus ex impo-  
 tencia quia non habuit copiam confessoris. Si  
 postea cum habuit copiam confessoris non sup-  
 pleuit defectum. mortale est. Si fecit confessio-  
 nem fictam scienter dimittens aliquid mortale  
 uel dubitabat uel credebatur esse mortale: etiā  
 si non esset mortale. peccauit mortaliter. & te-  
 netur iterare confessionem. Si dixit se esse cō-  
 tritum de omnibus peccatis & dispositum ad  
 abstinendum & satisfaciendum cum hoc non  
 intenderet. mortaliter peccauit. & tenetur ite-  
 rare confessionem. Si penitentiam iniunctā  
 pro mortalibus ex negligencia obmisit pecca-  
 uit mortaliter. & tenetur iterare confessionem si  
 non est illius oblitus. Si scienter confessus  
 est ei quem nouit excommunicatum uel suspen-  
 sum uel non habentem auctoritatem: puta quia  
 simoniace recepit beneficium uel quia intrusus  
 est per laicam potestatem: peccauit mortaliter  
 & tenetur iterare. Si confessus in excommu-  
 nicatione maiori quā nesciuit ipse uel confessor  
 eius & absolutus fuit a peccatis oportet iterū  
 confiteri. quia nō fuit capax absolutionis tūc.  
 Si confessus est ei quē nouit ignorantē. peccat  
 & si fuit adeo ignorans quod nesciuit: peccata dis-

cernere eius p̄cipue ḡmunia tenet̄ iterare.

**D**E negligencia circa communionem. Si  
obmisit communicare semel in anno  
videlicet in paschate resurrectionis post  
annos discretionis. peccauit mortaliter: nisi  
fuisset legitime impeditus: ut quia alteratus  
stomacho uel excommunicatus. querens tamē  
absolutionem uel de licencia proprii confesso  
ris per aliquos dies differt. & in huiusmodi ca  
sibus debet supplere quādo potest. Si commu  
nica uit non ieiunus ita scilicet q̄ post mediam  
noctem aliquid sumpsit per modum cibi uel po  
tus peccauit mortaliter nisi grauer esset in  
firmus. quia tunc licet. Si cōmunionem sump  
sit cum staret in p̄posito alicuius peccati mor  
talis: uel cum esset excommunicatus hoc sci  
ens: uel laborans crassa ignorancia. peccauit  
mortaliter. Si non confessus de aliquo mortali  
commisso: uel aduertenter ex uerecundia uel  
inaduertenter ex induscusione consciencie uel  
ignorancia crassa uel supina sumpsit commu  
nionem. peccauit mortaliter. Et nota q̄ si  
quis obmittit confessionem uel communionē  
in tēpore statuto conari debet cōfessor. ut in  
ducat illum ad sup̄plendam defectum nisi sit om  
nino non bene dispositus. Item cum reperit  
aliquem deditum uiciis turpibus & aliis usq̄

ad finem quadragesime. cautum uidetur ut nō  
 subito admittat ad communionem. sed prolo  
 get sibi tempus per aliquas ebdomodas. de aliis  
 defectibus qui committuntur circa communi  
 onem & missam uide infra in tertia parte de  
 clericis. Si scienter excommunicatis excōmu  
 nicatione maiori participauit in diuinis audiē  
 dis in ecclesia aut sacramētis percipiendis. pec  
 cavit mortaliter. Si participauit in crimine cū  
 aliquo: propter qđ crimen excommunicatus erat  
 ille cū quo participauit puta qđ est excōmunica  
 tus qui uerberat clericum aliquis autem cleri  
 cus subicit se alicui laico uerberandum: ad pla  
 candum ipsum de iniuria illata clericus ille effi  
 citur excommunicatus qui participat in crimi  
 ne cum uerberante propter quod est excōmuni  
 catus extra de sen. exco. si concubire & ē mor  
 tale. Si existens excōmunicatus excōmunica  
 tione maiori scienter participauit cū aliis fide  
 libus ē: extra diuina: p̄cipue in hiis que con  
 tinentur hoc uersu. Os orare uale communi  
 mensa negatur. Quia si fecit ex contemptu uel  
 contra prohibitionem superioris peccauit mor  
 taliter alias uenialiter. & efficitur excommuni  
 catus minori a qua tamen potest absolueri om  
 nis qui potest eum audire. Excipiuntur tamen  
 quinque casus in quibus licet participare cum

excommunicatis unde uersus. Vtile lex humile  
res ignorata necesse. declarationem uide in  
quarta parte summe.

**O** E inani gloria. Que est uiciū capitale  
& importat inordinatum appetitum lau-  
dis humane. seu inordinatam complacenciam  
eius cum offertur. Et cū fit aliquod opus pp-  
ter laudem propriam ammittitur meritum eius  
& peccatum incurritur. & interrogādum est  
secundum statū hominum de diuersis materiis  
in quibus homines querunt sibi laudem. ut de  
doctore a sciencia & doctrina. a scolari ab in-  
genio & disputatione. a rectore de regimine. a  
mulieribus de ornatu & huiusmodi. Si ques-  
erit laudem & gloriam de opere peccati mor-  
talis. mortaliter peccauit: si secundum rationē  
deliberatam hoc egit. secus si secundum motū  
sensualitatis: uel etiam si de aliquo ueniali glo-  
riatur. Si opera sua de genere bonorum ut ie-  
iunia elemosinas & huiusmodi quasi omnia ad  
laudem humanam fecit. mortale uidetur. cum  
sibi constituit finem secus si aliquod eorum ali-  
quando. Si ita inordinate appetit laudem &  
gloriam de aliquo opere q̄ propter eam conse-  
quendam paratus erat facere contra aliquod  
preceptorū peccauit mortaliter. In aliis enim  
casibus uidetur ueniale.

**D**E modestia ornatu. Que pcedit frequēter ex inani glia uel cū inani glia licet et ex aliis causis possit pcedere & p̄cipue m̄xieres iuuenes & huiusmodi: interrogādi sunt de ornatu facieꝝ capillature gēmax uestiū p̄ciofaz & foderaturis: & caudis eaz & planulis nimis altis. & coronis capitum & huiusmōi. in quibus aliqñ ē mōrle aliqñ ueniale. Si usq̄ ē uł usa fucis: & aliis ornatibus ad inducendū homines ad sui ḡcupiscenciā extra matrimoniū. mōrle ē indubitatū. Si usa ē fucis uł aliis ornatibꝝ ad ostētat̄ionē & ad inanē gloriā: siue de huiusmōi supbiuit: uł ḡxiata ē. mōrle ē. Si tantā inordinatā delectationē habuit ad laudē & gloriā illā q̄ nō curauit trāsgredi mādāta dei uł ecclesie. Si ita iordinate delectat̄ i huiusmōi q̄ et si sciret hoies ex sui ornatu scādalizari id est trahi ad sui ḡcupiscenciā nō curās de ruina proximi mōrle ē. Si ad ḡplacendū uiro suo uł ad inueniendū uirū: si est inupta: uł ne despiciatur ab aliis uł ex aliqua leuitate usa ē fucis uel aliis ornamentis supfluis. de se non ē mōrle. sed potius ueniale: nisi sit notabilis excessꝝ i huiusmōi ut possit iudicare in occasione data ruine aliorū: & nō tantū accepta qđ ē difficile iudicare Si adhibuit nimiam diligenciā & studiū & tēpus ad ornandū se: uel fecit excessum in porta

tura uestiū supra suum statum uel conditionem  
uel non secundum modum patrie: uel uestibg  
nimis delicatis. peccatum est.

**D**E filiabg inanis gl'ie. Et primo de ipo  
crisi. Si sim'auit sanctitatē h're p ie  
iuniū & oraciones & huiusmodi: cū malus es  
set. Si hoc egit ad consequendā laudem huma  
nā: q'stituens ibi finem. mōrle est. alias ueniale:  
nisi aliud iuciu ad iūgat. **S**i sim'auit sancti  
tatē p ipocrisim itendens aliqd qd sit contra  
honorem dei uel utilitatē pximi: ut disseminare  
errores adipisci indignus ecclesiasticā dignita  
tē. decipe pximū temporaliter uel spūaliter. mōr  
le ē. Si sim'auit sanctitatē exns malg: ut dent  
ei elemosine sicut sancto uiro: uel pcuratoribus  
ecclesiaz: ut ceretāi & fil'es mōr'iter peccauit.  
Si sim'auit maiorē sanctitatē q̄ hūit: uel occ'itauit  
aliquem suū defectū ad edificatiōem pximoz  
nō est peccatum: uel leue ueniale. aut si hoc faci  
at ob aliq̄ uāitatem uel inanem gl'iam ueniale.

**D**E iactācia. Si laudauit se ipsū de ali  
quo ope peccati mōrlis mōr'iter pecca  
uit. Si aut de ope peccati uenialis: uenialiter in  
q̄ntū ē de se. Si iactauit id est laudauit se de ali  
quo ope ut de uirtute: de sciēcia: uel de idustria  
uel diuiciis & potēciis & huiusmodi ex supbia & i  
ani gl'ia mōrle ē uel ueniale scđm radicem ipsi

us supbie ul' ianis gl'ie un' pcedit. Si laudauit se  
cōtemnendo alios ut phariseo publicanū mor  
le uidet. si aut' ex aliq' leuitate ul' utilitate q'se  
quenda ueniale ul' nullū est. Si uilificauit se uer  
bis ul' factis pl'q' sentiat i se ipso in mente di  
cens aliq' mala de se que i se nō regnoscit cō  
muniter ueniale est. & dicitur ironia.

**D**E g'tensione. Si qs g'tendit aduerso alte  
rū g'tra ueritatem scienter si i reb' alicu  
ius iportācie morle est. sec' i reb' puis ul' i ad  
uertenter. Si g'tendit p ueritate sed nimis iordi  
nate g'mūter est ueniale posset tñ tāta esse ior  
dinatio q' rāciōe scādali sequentis esset morle.

**D**E discordia. Si hñs tractare aliq' cū ali  
is i cōi noluit g'cordari cum aliis ad ea  
que ordināt ad dei honorem ul' pximoz utilita  
tem. ex eo q' male afficitur ad eos: uel ut oñdat  
pl'g sciēcie q' ali' morle est. sec' aut' si nō g'con  
cordat qa uidet sibi magis esse scdm deū &  
rationem quod ipse intendit. qa tūc ul' non est  
peccatū uel leue: nisi sit nimis pertinax.

**D**E ptinacia. **S**i fuit nimis pertinax: in  
sentenciis suis discrepans a communi iu  
dicio ceterorū communiter ueniale est. pericu  
losum tamen & inductiuum erroris.

**D**E singularitate nouitatū. **S**i fecit sin  
gularitates in conuersatione uite uel

uestibus uel cerimonis uel ad inuentionibus .  
peccatum est. & si adinueniat aliquam malam  
consuetudinem : omnia ei imputantur.

**O**E inobediencia. Si non obediuit superi  
oribus suis spiritualibus uel temporali  
bus legibus canonicis & ciuilibus rationabili  
bus. & si qdem transgreditur superiorū ordina  
vini tiones habentes uidelicet precepti. ut qñ man  
datur seruare uerbo uel scripto uirtute obedi  
cie uel sub pena excommunicationis uel aliis penis  
grauibus & huiusmodi equipolenciis . peccauit  
mortaliter . In aliis autē ordinationibus simplici  
ter factis transgrediendo: ueniale est nisi fiat  
ex contemptu . quia tunc mortale est etiam  
quantumcumq; leuibus.

**D**e gula quod est sextū uicium capitale.

**D**E gula. Que est uicium capitale: & im  
portat inordinatum appetitum seu de  
lectationem circa cibū & potum. Nota quiq;  
species siue modos qui continentur in hoc ue  
su uidelicet. Pre proprie laute nimis ardentem  
studiose. Si comedit uel bibit extra horam de  
bitā sine causa rationabili urgente . Si usus ē  
cibus uel potibus nimis lautis id est delicatis  
ultra conditionē sui status aliter enim decet  
comedere infirmum q̄ sanum : ciuem q̄ rusti  
cū & huiusmodi. Si comedit uel bibit in nimis

41.  
quantitate secundum exigenciam sue complex  
ionis quod enim parum est uni nimis est alte  
ri & pl<sup>9</sup> comedere i die ieiunii q̄ alia die p una  
comestione : non est de se malum. Si comedie  
uel bibit nimio ardore gule seu cum nimia cō  
placencia contentus magis satisfacere delecta  
tioni gule q̄ necessitati providere. Si adhibuit  
uel adhibere fecit nimium studium & diligen  
ciam circa cibaria delicata prepana : ut cum  
uariis saporib<sup>9</sup> & diuersis mōis & huiusmodi.  
In hiis omnib<sup>9</sup> modis uel speciebus gule. tūc  
est ibi mortale quando delectatio gule queritur  
ut finis : paratus facere contra p̄cepta ut satif  
faciat delectationi gule uel cum comedit usq<sup>3</sup>  
ad crapulam & uomitum aduertenter sicut fit  
a pleris in carnispruio uel cum utitur aliquo  
cibo ex quo uerisimiliter creditur incurrere  
magnam lesionem persone. In aliis casibus cō  
muniter ueniale. Si comedit carnes in quadra  
dragesima uel aliis ieiuniis ecclesie uel in sextis  
feriis aut sabato per totum annum nisi urgē  
te causa necessitatis uel infirmitatis. Pecca  
uit mortaliter. Si usus est lacticiiniis tpe q̄ dra  
gesimali sine causa infirmitatis uel consilio me  
dici. peccauit mortaliter. In aliis ieiuniis eccle  
sie seruari pōt mos patrie q̄ ntū ad usum lacti  
cimatorū que si non appareat tucig ē abstinere.

**D**E ebrietate. Si bibit usq; ad ebrietatē  
aduertens nimietatem uel potenciam uini  
sufficientem ad inebriandum uel de hoc dubi-  
tans probabiliter peccauit mortaliter secus  
si ignorauit potenciam uini ut noe. Si fuit cau-  
sa ebriationis alteriq; aduertenter inducendo  
ad inimum potum uel ponendo sal in uino. &  
huiusmodi peccauit mortaliter. Idem si faciat  
causa medicine. Si inducit aliquem ad frangen-  
dum ieiunium ecclesie sine causa legitima suis  
per suasionibus peccauit mortaliter. Idem si in-  
ducit pueros ad lapacitates: tabernas & huius-  
modi aut peruertit ad turpia. Si frequentauit  
tabernas sine causa rationabili uel conuiuia  
dissoluta peccatum est.

**D**E insensibilitate. Si abstinuit nimis  
a cibo & potu & alijs necessarijs uite:  
propter quod incurrit infirmitatem communi-  
ter ueniale est: nisi fiat notabilis excessus &  
additur obstinatio <sup>contra</sup> communiter ammonitiōes  
in huiusmodi defectu. quia tunc uidetur morta-  
le racione periculi inde sequentis.

**D**E filiabus gule &  
primo de ebetudine.

**D**E filiabus gule. Et primo de ebetudine  
Si ex famositatibus inordinate comesti-  
onis & potus: incurrit scurilitatem seu gros-

sicem intellectus & ex hoc ineptitudinem ad  
orandum : legendum & huiusmodi commu-  
niter ueniale .

**D**E loquacitate si nimis locutus est uel  
dixit uerba ociosa idem sine necessitate  
uel rationabili utilitate . ueniale est cōmuniter.

**D**E scurrilitate . Si fecit actus uel gestus  
immorigeratos : ut si sint prouocantes  
ad libidinem extra matrimonium . est mortale  
Si ad dissolutionem & leuitatem ut uentositatem . & huiusmodi est ueniale .

**O**E inepta leticia . Si habuit leticiam uan-  
nam in ludis & iocis communiter ueni-  
ale est nisi addatur aliud uicium .

**D**E coreis . Que sunt cum inordinata leticia . & frequenter cum mortali . Et in  
quinque casibus semper est mortale . Vt primo  
cum fiunt ex libidine . Secundo cum fiunt in ec-  
clesiis quia sacrilegium . Tercio cum fiunt a  
clericis uel religiosiis cum mulieribus : racione  
<sup>scilicet</sup> sinadali . Quarto cum fiunt ex inani gloria uel  
uana leticia tam inordinata quod ibi constituitur  
finis . Quinto quando tales corisantes non  
curant de scandalo proximi inductio ad lasciu-  
am : etiam mortali . In aliis autem casibus com-  
muniter est ueniale . possit tamen quandoque es-  
se mortale nec defacili potest dari iudicium

de huiusmodi.

**D**E immundicia . q̄ potest intelligi cū  
quis inmundē comedit & est ueniale :  
precipue si ex hoc conturbat alios: uel quia uo  
mitum facit. & si hoc facit quia nimis come  
dit peccatum est. secus si causa medicine. uel  
potest intelligi de immundicia pollutionis: que  
cum accidit in sompnis non imputatur ad pec  
catum. Sed peccatum potest esse in causa eius  
scilicet si processit ex crapula uel turpi cogita  
tione precedenti uel ex negligencia . uel cum  
post uigiliam recolens de immundicia ipsa &  
sompno turpi: delectatur. & si est ibi consen  
sus rationis de huiusmodi delectatione turpi.  
est. mortale. alias ueniale. uel nullum si ex al  
leuatione nature .

**D**E immundicia seu pollutione procura  
ta. Nota si quis aliquid agit hac intenti  
one principaliter ut pollutionē habeat siue uig  
ilando siue dormiendo mortaliter peccat: eti  
am si faceret causa sanitatis. Si autem ipsa pol  
lutio contingat etiam in uigilia preter uolūta  
tem & sine procuratione. non est mortale.

**D**E luxuria que est septi  
mun uicium capitale .

**D**E luxuria que est capitale uicium Sed  
quia supra de p̄ceptis dictū est satis de

speciebus eius in opere: ac etiam in cogitatione. ideo  
 illis obmissis ad que recurrendum est in ista ma-  
 teria. uidendum est de quibusdam aliis perti-  
 nentibus ad ipsam luxuriam & de delectatione  
 morosa. Si tetigit aliquis uel aliquam uel obstu-  
 latus est ex libidine & extra coniugium morta-  
 liter peccauit etiam si non sequatur actus turpis.  
 nam talia exercitia in opere ipso: pro uno pec-  
 cato habentur cum ipso. sed tanto grauius  
 quanto plura huiusmodi concurrunt. Si autem  
 fiant diuersis temporibus sunt diuersa peccata.  
 Si scripsit litteram uel misit uel portauit uel re-  
 cepit litteras continentes amatoria & puocan-  
 cia ad lasciuam. mortaliter peccauit hoc ad-  
 uertens. Si fecit cantiones uel cantauit uel le-  
 git uel audiuit uerba lasciuia & turpia delectabi-  
 liter ad prouocandum se uel alios ad lasciuam  
 est mortale. Si associauit aliquem quem nouit  
 eundem prouocandum uel turpiter agendum:  
 uel ad faciendum serenatas uel matinatas. pec-  
 cavit mortaliter. Idem si recepit exxeniū uel  
 donū quodcūq; uel misit ex amore libidinoso.

**D**E delectatione morosa. Quod uicium  
 reperitur in tepidis & multum negli-  
 gentibus nam feruidi subito cogitationes expellunt  
 noxias: & frigidi desiderijs operis acquiescunt.  
 Si habuit cogitationes immundas & carnales

in quibus contraxit moram postq̄ ratione p̄  
pendit propter delectationē ipsā huiusmōi cogi  
tādi mortē peccauit nō enim solum q̄n̄ quis  
cogitationibus luxuriosis ratione consentit de  
liberans malū facere si adesset comoditas . sed  
etiam uolendo opus perpetrare . sed non curan  
do ipsas cogitatiōes libidinosas expellere post  
q̄ perpendit . sed in eis uoluntarie immorando .  
peccauit mortaliter .

**¶ De filiabus luxurie .**

**Q**UE filiabus luxurie de quibus tamen non  
oportet multum interrogare . quia dif  
ficile est intelligere : nisi cum mixtura aliorum  
uiciorum . & prima est cecitas mentis . Si fuit  
ita mēte occupat⁹ circa mūdāna & carnalia q̄  
nesciuit de deo cogitare : uel reb⁹ spūalibus .

**Q**UE precipitatione . Si fuit p̄ceps & subi  
tus in operibus suis : sine consilio &  
exāinatione mētis debita agens . De incōsidera  
tione si fuit incautus ī factis suis . & nō bene iu  
dicauit circa occurrēcia . De īgstācia . Si in eo  
quod deliberauit boni agere mutabilis & in  
constans fuit ex passiōe . De amore sui . Si ni  
mis seipsum dilexit querēdo delectationes cor  
poris & huiusmodi . De odio dei . Si habuit in  
displicencia deū uel legē suā . q̄a p̄hibet concu  
piscēcias & huiusmōi . De amore uite p̄sentis .

Si nimis amavit uitā istam presentem propter uoluptates carnis : quibus est deditus. Ita amare uitam presentem q̄ aliquis uellet hic perpetuari. secundum pe. est mortale. ¶ De horrore seculi futuri. Si horrorem habuit ad uitam futuram. De aliis que pertinent ad uicium luxurie circa coniugiū uide infra de coniugatis.

¶ De supbia que est octauū uiciū capitale.

**Q**ue superbia que est secundum gregoriū regina omnium capitalium uiciorum & est uicium multum subtile & difficile ad cognoscendum : & consistit in appetitu inordinato proprie excellencie . & habet quatuor modos siue species de quib9 potes interrogare p̄ ut uidebitur . si tamen penitens intelligat. Si bona naturalia spiritalia uel temporalia que habuit sibi attribuit & non a deo esse recognouit . Si bona ipsa a deo recognoscens meritis suis principaliter recepisse existimauit ut propter sua ieiunia : oracionibus & huiusmodi . Si ea bona que non habuit sibi attribuit uel plus q̄ habuit. ut cum extimat se habere multum humilitatis caritatis paciencie: & huiusmodi : & non habet . Si reputauit se meliorem ceteris : alios contempnens. in qualibet harum specierum potest esse mortale uel ueniale : secundum q̄ ratione consentitur uel non .

**D**E derisione que aliquando procedit ex  
superbia. Si irrisit sacramenta & alia  
diuina: uilipendens ea: aut sanctos uiros: aut  
prelatos: aut uolentes deo seruire ut sic retra-  
bat eos peccauit mortaliter. Si irrisit aliquem  
intendens ex hoc iniuriam eius & uilificationē  
uel notabilem per turbationem eig. mortaliter  
peccauit. secus si ex leuitate & causa ioci.

**D**E ambitione. Que procedit ex super-  
bia & importat inordinatum appetitū  
honoris. & multum reperitur in prelatiis &  
dominis. Si desiderauit aliquam dignitatem uel  
beneficium curatum: racione deliberata: prin-  
cipaliter propter honorem uel utilitatem tem-  
poralem. peccauit mortaliter. Si desiderauit  
uel quæsiuit ad huiusmodi peruenire: etiam fa-  
ciendo contra precepta. mortale est. Si quæsi-  
uit honorem de quacumq; re ita inordinate:  
q; ibi constituerit finem. mortale est. in aliis  
casibus uidetur uentale.

**D**E presumptione. Que procedit ex su-  
perbia & consistit in hoc q; homo po-  
nit se ad ea que sunt supra uires suas: uel non  
pertinent ad conditionem eius. Si posuit se ad  
faciendum ea exercicia ad que non erat aptus.  
unde potest sequi periculum spirituale uel tem-  
porale alteri ut medicus ignarus medicine.

aduocatus ignarus ad aduocandum. Iudex ad iudicandum. confessor ad audiendum confessiones & huiusmodi. mortaliter peccauit. secus autem si competenter de arte illa peritus erat. **S**i presumens de uirtute sua exposuit se periculis peccatorum: ut uadens ad loca inhonesta uel frequentans conuersationem mulierum leuium & alia huiusmodi: ubi de facili potest labi in mortale: uideatur mortale. Si nimis de se presumens non prouidet necessitatibus uel periculis occurrentibus spiritualibus & temporalibus: expectans effectum miraculosum a deo: ut quod sanet eum infirmum sine medicinis: uel ministret ei cibum sine labore. mortale est. & dicitur temptare deum & cetera.

**D**E temeraria iudicatione. Si facta alterius que dubia sunt quo animo fiant in malam partem interpretatur seu iudicauit & sine signis sufficientibus sufficienter iudicatis malitiam alterius deliberate iudicauit aliquem de peccato mortali. mortaliter peccauit. **S**i iudicauit de ueniali deliberate. uenialiter peccauit. Idem si iudicauit de mortali: sed non deliberato animo.

**D**E curiositate. **S**i fuit curiosus circa cognitionem intellectuam: ut querendo scire que sunt supra capacitatem suam: ut de trinitate: predestinatione: uel querendo scire a quibus

nō debet ut a demone uel p sortes uel querēdo  
scire paz utilia & dimittēdo magis necessaria  
sed querendo scire solum ad sciendū & non ad  
deum cognoscendū uel aliquam utilitatē: pec-  
catū est. quādoq; mortale quādoq; ueniale. Si  
fuit curiosus circa usus sensuum. s. oculis aspi-  
ciendo: auribus ad audiendū: naribus ad adorā-  
dum: gustu gustando: tactu ad tangendū: sine  
utilitate uel necessitate. sed sola delectatiōe sen-  
tiendi. peccatū est cōmuniter ueniale. licet quā-  
doq; possit esse mortale. **S**i reperit se in spec-  
taculis ad uidendum ut torneamēta palestres  
ad prauium & huiusmodi nā si in huiusmodi ē  
periculum mortis spiritualis uel corporalis: ut  
quando sunt spectacula representantia turpi-  
tudines: uel cum potest recipere lesionē nota-  
bilem corporis mortale est. & multo magis in  
exercente & prebente occasionē in huiusmodi  
spectaculis. alias ē ueniale nisi ppter huiusmodi  
aliquisita delectaretur q; mens eig auerteret  
a deo. ita uidelicet q; parat9 eēt transgredi p-  
cepta dei & ecclesie: ut illa aspiceret uel faceret.  
Et hoc idem intellige de quocūq; peccato qd  
ex se est ueniale. quia per hunc modum potest  
effici mortale.

**D**E ingratitude. **H**ec reperit i omni  
peccato mortali. sed ut circumstantia

aggrauās ip̄m. q̄a ubi se n̄p hō debuit seruire  
 deo eū offendit. Est et̄ unū speciale peccatū  
 inquantū. s. recipiens bñficia a deo uel homie:  
 non ea recogitat. regratiat̄: & recōpensat. uel  
 quod peius est in mēte uilipendit beneficia re-  
 cepta: uel murmurat de eis: uel iniuriatur bene-  
 factori. cōmuniter autē reperitur mixtū cum  
 alio gñe peccati: qñq; mortalis: qñq; uenialis.

**D**E scandalo. Hoc quādoq; non est pec-  
 catum speciale. sed circūstantia aggrauāf  
 peccatū inquantū uidelicet ex dicto uel facto  
 alterius nō recto: datur alteri occasio ruine spi-  
 ritualis & hoc est scandalū. Et si hoc non in-  
 tendat: est circūstantia aggrauans peccatū  
 & mutās speciem. unde & necessario cōfiteri  
 quando esset tale. quid uerisimiliter trahens ad  
 ruinā peccati mortalis & precipue cū hoc se-  
 quitur. Si autē hoc itēdat. s. inducere ex dicto  
 uel facto suo aliquē in ruinā est speciale pecca-  
 tum & mortale: si intendit inducere ad morta-  
 le. alias ueniale.

**D**E adulatōe que cōmuniter ē scādalisatiua  
 Et cōsistit ī hoc q; q; uerbis uel factis suis  
 iordinate querit placere aliis ad beniuolēt iam  
 captādā. Et si ī malo adulatō ē criminali: pu-  
 ta laudās aliquē de uindicta facta uel turpitu-  
 dine & hōmō. ē mortale. **S**i adulat̄ uel aliquē

intendens eū decipere notabiliter in spūalib9  
uel tpalibus est mortale. Sec9 si aliqd iustum  
intendit ab eo habere uel qd paruū recipere p  
modū doni: ut histriones. **S**i min9 laudauit <sup>mmis</sup>  
aliquē ex quo ille sumpsit occasionem supbie  
uel inanis glorie: qd cōmuniter est ueniale: &  
potest aliqn esse mortale. **S**i autē laudat ali  
quem ad magis excitandū ipsum ad uirtutes:  
uel ad confortādum eū inter tribulationes &  
temptationes: obseruatis debitis circūstantiis  
est uirtuosum alias ueniale.

**D**E blasphemia i spiritū sanctū que pcedit  
ex malitia uidelicet inquātū qd cōtemnit  
uel refugit ea cogitare menti occurrentia per  
que posset retrahi a peccato & habet sex speci  
es. s. p̄sumptio: desperatio: inuidia fraterne  
grē: impugnatō ueritatis agnite: obstinatio &  
inpenitentia. De his interroga prout uidetur.  
cōmuniter non reperit nisi in multū scelera  
tis. **P**resumptio hec dicit cū quis nimis pre  
sumit de dei misericordia extimās: qd pcat sibi  
ad placitū suū: uel qd saluet eū perseuerātem i  
peccato. **D**esperatio autē cū credit deū non  
posse uel nō uelle sibi parcere etiā penitenti uel  
saluare. **I**mpugnatō ueritatis agnite dicit  
cū cōtradicit ueritati fidei quā nouit. Inui  
dientia fraterne grē cū dolet de grā dei & glia

erescēte ī hominibꝫ. **O**bstinatio cū firmat  
uoluntatē suā in peccatis cōmissis. Impeni-  
tētia autē dicit cum proposuit firmiter etiam  
in futurum non penitere.

**D**E scismate. **H**oc peccatū cōmittit cum  
qꝯ recedit ab obediētia romāe ecclie su-  
mes sibi aliud caput uꝫ sequēs quē piā canōice  
non electū & semp est mortale: & excōmuni-  
catio cōtra tales: nisi forte cū eēnt duo quozꝫ  
quilibet haberēt pro summo pōtifice a suis se-  
quacibꝫ & nō sciret quis sit canonice electꝫ.  
In hoc enim uidentē ppli excusari: si non sunt  
pertinaces. sed para ti illi adherere quē scirent  
uerū. **S**i quis inicitur ordinationibꝫ uel alie  
nationibꝫ factis a scismaticis est excōmuni-  
catus. extra de scismaticis capitulo primo.

**D**E infidelitate paganorū uel iudeorū uel  
hereticorū quorū quodlibet est grauissi-  
mum peccatum: ducens ad damnationem. no-  
ta hic qꝯ inter hos soli heretici sunt excōmmu-  
nicati. Sed & cum aliis precipue iudeis non de-  
bet haberi domestica conuersatio & precipue  
ideōte. potes tamen interrogare prout uidetur  
si habuit aliquod dubium in his que sunt fidei:  
ut de sacramento altaris & huiusmodi. Et si  
de hoc habet displicentiam non curandum. Si  
autē uoluntarie & sponte dubitat eēt mortale

Hereticus quilibet est excommunicatus & non potest absolui citra sedem apostolicam: ut patet in processu. **I**tem credens receptator uel fautor hereticorum est excommunicatus extra. de here.

**C**apitulum de specialibus interrogatiōibus aliquorum hominum. & tertia pars huius.

**N**unc formande sunt interrogatiōes nō ad omnes sed solum ad quosdam status hominum. **E**t primo ad coniugatos.

Interrogandi sunt non omnes sed de quibus uideatur. **S**i in casu aliquo prohibito contraxerunt. quia mortale peccatum est: nisi ignorantia facti probabilis excusaret. Sed sciendum quod que

dam impedimenta sunt que impediunt contrahendum matrimoniū & dirimunt iam contractū: quia nullū est. quod intelligendū ē quā dicta impedimenta prius inter eos reperiuntur quā sit contractū matrimonium. & continent ista in his uersibus. **E**rror cōditio uotū cognatio crimē.

Cultus disparitas uis ordo ligamē honestas. Si sis affinis si forte coire nequibis. Hec sociāda uetant cōnubia facta retractāt.

**P**ro aliquali horum breuissima declaratione: nā de his bene habes in summis. Nota quod error intelligitur de persona: non de fortuna uel de bonitate cum. s. contrahit quis cum Berta credens eā esse Iohannam: cum qua intendebat contrahere.





Condicio intelligitur de conditione serui cū  
 .s. contrahit cum serua credens esse liberā : nā  
 si liber contrahit scienter cū serua matrimo-  
 nium tenet: & similiter si contrahit seruo cum  
 libera credens esse seruam. Idem uideēt si seruo  
 cum serua credens esse liberam. **V**otum .s. so-  
 lemne per professionē tacitam uel expressam  
 alicui de religionibus approbatis: talis etiā eēt  
 excōmunicatō. **C**ognatio que est triplex .s.  
 naturalis spiritalis & legalis. Naturalis dicit̄  
 consanguinitas & habet tres lineas .s. ascendē-  
 tium: ut pater auo & huiusmodi. descendentiū  
 ut filio nepos & huiusmodi. collateralium ut fra-  
 tres uel sorores & huiusmodi. Et habet queli-  
 bet linea quatuor gradus conclusiue: precipue  
 collaterales. nam inter ascendētes & descendē-  
 tes uideēt esse perpetua prohibitio: hic etiam ē  
 excōmunicatō. **C**ognatio spūalis habet tres  
 gradus & cōtrahit̄ i baptismo & cōfirmatiōe.  
 primus ē inter tenentē ad baptismū uel confir-  
 mationē & eā que tenet̄ que dicit̄ paternitas  
 & filiatio. Secundus est inter patrē & matrem  
 ei⁹ que tenet̄: & eū qui tenet cū uxore ei⁹. &  
 dicit̄ paternitas. Tertius ē inter filios naturales  
 eius qui tenet̄: & illam que tenet̄ & dicit̄ fra-  
 ternitas. **C**ognatio legalis est que fit per a-  
 doptionem: habet tres lineas uel gradus. Primus

est inter ipsum adoptatē & filiā quam adoptat.  
& etiā filius adoptati. Secūdy ē inter uxorē  
adoptātis & ipsum adoptatū: & etiā uxorem  
adoptātis & adoptantē. Tertiy est inter filios  
naturales & legitimos adoptātis & ipm adop  
tatū. & hoc tātū cū ipsi filii sunt in potestate  
patris. Crimē istud quod habet impedire & di  
rimere cōtractū intelligit̄ tantū de duob9 cri  
minibus. Prim9 est cū mulier machinat̄ cum  
effectū in mortē uxoris alterig ut habeat illū  
in uirū uel ecōuerso uir in mortē alterius. Se  
cūdy cū dat quis fidē alicui cōiugate ducere eā  
in cōiugem post mortē uiri sui: & cū ista pro  
missione sequit̄ adulterium. **C**ult9 disparitas  
puta si fidelis cōtrahat cū iudea uel pagana p  
manētē infidelitate. sec9 si cōtraheret cū here  
tico. nā tūc tenet. sed cohabitare nō deberet:  
si esset ei periculū incurrendi heresim. & pecca  
uit grauit̄ cū tali cōtrahēs. **U**is uiolentia  
absoluta ipedit & dirimit & si iter uiolētia p  
metū que potest cadere in cōstantē uirū. & cō  
tinent̄ in hoc uersu. Stupri atq; status uerbis <sup>obez</sup>  
atq; necis. nisi postea de inuito efficiat̄ uolūta  
rius. **O**rdo intelligit̄ de ordine sacro. s. sub  
diaconat9 & supra. etiā talis est excōmunicat9  
Greci in sacris uti possunt cōtracto. sed nō cō  
trahere. **L**igamē. id ē si sit alteri ligatus per

coniugium etiā per uerba de presenti nondum  
 cōsummatū. nā talis in nullo casu potest alteri  
 matrimonialiter copulari nisi ille cum quo con-  
 traxerat profiteat̄ in aliqua religione. & si cre-  
 deret unq̄ coniugium ita q̄ per multos annos  
 nihil de eo audiret. non licet alteri contrahere  
 nisi sciat de morte eius. **H**onestas id ē publi-  
 ce honestatis iustitia que oritur ex sponsalibus  
 cōtractis cū aliqua cum qua postea nō sequit̄  
 matrimoniū: uel propter mortē uel aliā causam  
 Nam cū nulla consanguinea illius contrahere  
 potest usq; ad quartū gradū. Affinitas est pxi-  
 mitas que cōtrahitur inter eū qui ducit uxore:  
 & omnes cōsanguineos uxoris usq; ad quartū  
 gradū. Et nota q̄ affinitas etiā contrahitur  
 per fornicariū coitū ita q̄ ille qui fornicat̄ cū  
 aliqua non potest cōtrahere matrimoniū cum  
 aliqua cōsanguinea eius usq; ad quartū gradū  
 nec illa mulier pōt cōtrahere cū aliquo con-  
 sanguineo ei9 fornicatis cū ipsa usq; ad quar-  
 tū gradū. Impotentia exercendi actū cōiugale  
 que potest peruenire uel ex naturali frigidityte  
 uel ex maleficio: uel in dispositione membri  
 genitalis uiri uel mulieris. De his omnibus im-  
 pedimētis habes plene in summis. Sed nota q̄  
 non oportet nec expedit interrogare omnes  
 coniugatos sigillatim de his impedimētis. sed

tantum de illis de quibus posset presummi ha-  
beri: & precipue de impedimento criminis uel  
cognationis uel publice honestatis sed multo  
magis affinitatis. ¶ Si quis tamē cognosceret  
consanguineam eius cū qua iam contraxit per  
uerba de presenti & multo magis si iā consum-  
mauit matrimonium. Matrimonium quidem  
tale nō diuiditur sed amittit potestatem seu ius  
petēdi debitum. ita q̄ petere non potest absq̄  
peccato mortali. tenetur tamen reddere exac-  
tō. Idem de muliere que permittit se cognosci  
a consanguineo mariti. Si autem antequam  
contraxit per uerba de presenti cum aliqua  
cognouit consanguineam eius ita q̄ semen  
emiserit inter claustra pudoris: non potest illā  
habere. & si iam consummasset cum illa matri-  
monium non tenet nec in hoc potest dispen-  
sari nisi per papam. Vnde ante dispensationē  
semper peccat mortaliter exigens & reddens  
debitum sciens dictum impedimentum. Alter  
autem coniugum nesciens excusatur a pecca-  
to ex ignorantia facti probabilis. ¶ De his &  
de aliis quando casus occurrit uide plenius in  
summis. ¶ Item querendum si contraxit ma-  
trimonium clādestine. quia mortale est prop-  
ter prohibitionē ecclesie. ¶ Item si habens uo-  
tum simplex continētie contraxit. mortaliter

peccavit nisi prius sit dispensatus a papa: & te-  
 netur ad impletionem uoti usq; ad consumma-  
 tionem matrimonii: nam ipso consummato ef-  
 ficatur impotens ad implendum uotum. quia  
 tenetur reddere exactus expresse uel interpre-  
 tatiue. sed tamē exigere non potest sine dispē-  
 satione. uel peccat mortaliter. ¶ Item si con-  
 traxit cum aliqua: uel mulier cū aliquo p uerba  
 de futuro & postmodū cū alia cōtraxit uel de  
 futuro uel de presenti. mortaliter peccauit pp-  
 ter fidem fractam: nisi de communi consensu  
 mutuo se absoluerint quod fieri debet per iudi-  
 cium ecclesie: uel nisi aliquis alius septimorum  
 casuum superuenerit. quibus solui possunt spō-  
 salia quos habes in summis. ¶ Item si post ma-  
 trimonium contractum per uerba de presenti  
 contraxit cum alia. mortaliter peccauit nec te-  
 net matrimonium secundū: etiam si esset con-  
 summatū & filios genuisset. sed redire oportet  
 ad primū. nisi ille cum quo prius contractum  
 ē intrasset religionē ibi professus: uel nisi papa  
 dispensasset in secūdo in quo tñ scdm theolo-  
 gos dispēlare nō potest. Item si contraxit ma-  
 trimoniū ante etatē legitimā qđ prohibitū ē  
 Etas autē legitima est scdm iura duodecimq;  
 annis in femina. quatuordecimq; i masculo. s. ad  
 cōtrahendū p uerba de pñti uel ad cōsummādū

*Tempora prohibita*

**U**tem si consummauit matrimonium ante benedictionem nuptiarū. mortale ē. q̄a cōtra prohibitionē ecclesie. Et hoc aduertēdū q̄ in multis locis quīs spōsi nō cōsummēt matrimoniū cum sponsis ante nuptias: multas tamē turpitudines & corruptelas faciūt cum ipsis eas uisitādo. Vnde interrogādū de huiusmodi ubi ista reperiunt. **U**tē si celebrauit nuptias tpe prohibito ab ecclesia. q̄a mortale ē. **T**empora autē prohibita sunt ista. s. ab aduentu usq; ad epiphaniā non autē octauā eius & a septuagesima usq; ad octauas pasce: & a tribus dieb; aī ascensionē usq; ad octauas penthecostes. non autem octauam eius: & cetera.

**D**E actu cōiugali. **N**ota q̄ aliqua ibi fiūt ubi est manifestū mortale: aliqua ubi est dubiū: utrum mortale uel ueniale: aliqua ubi est ueniale: aliqua in quib; nullum est peccatum. **P**eccatū quidē mortale ē: si exerceat talis actus extra uas debitum: uel etiam & si intra uas debitum. tamen cum suscipitur semen ad euitandam generationem. **I**tem cum ex actibus impudicis extra actum matrimonii seq̄t pollutio in altero ipsorum. **I**tem si exercēs actum coniugalem appetitum deliberatum habet ad aliam. Itē si ita inordinato affectu fert ad actum cōiugalem q̄ etiā si nō eēt uxor op9

carnale ageret cum illa uel alia. Difficile tamē  
 est hoc discernere. **I**tem cum alter alteri om-  
 nino exigenti denegat debitum sine causa legit-  
 tima: propter quod exigens incontinentiam  
 currit uel graue scandalum. **E**sset autē cau-  
 sa legitima si probabiliter timeret notabile  
 nocumentum persone uel coniugis uel prolis  
 in utero: uel quia ex adulterio commisso amisit  
 ius petendi. uel etiam si in loco sacro peteret.  
 quia sic locus uiolaretur uel etiam in publico.  
 quia contra debitam honestatē. Non autem  
 est legitima causa denegandi omnino petenti:  
 dies ieiuniorum uel solemnitatum: uel ira ad in-  
 uicem. **D**ubium de mortali quando quidem  
 seruatur uas debitum sed modus indebitus: puta  
 si lateraliter uel ex parte posteriori accedat ad  
 uas debitum: uel mulier supergradatur uirum:  
 in quibus modis: & precipue in ultimo aliqui  
 dicūt eē mortale de se. Alii uero ut Tho. & al-  
 ber. q̄ non est mortale de se: sed potest eē sig-  
 num mortalis concupiscentie: nec per hoc i-  
 peditur generatio: & si non ita apte procuret.  
 Vnde in huiusmodi noli precipitare sententiā  
 nec denegare absolutionem: in huiusmodi per-  
 seuerati. sed detesteris & phibeas quātū potes  
 Quādo autē hoc fieret p̄mo uel sc̄do mō p̄pter  
 piculū abortus forte eēt sine peccato. **D**ubiū

etiam est de mortali tempore menstruorum  
& precipue in exigente sciente talem defec-  
tum quod quidā ponunt eē mortale: precipue  
quādo nō est quasi cōtinuus sed cōsuetus aut  
mensatī. Alii cōtrariū ut pe. de pa. & hec opi-  
nio cōmunior. Vnde nec ppter hoc deneges  
absolutionē. sed phibeas quātū potes de exac-  
tione: & exactū admoneas ut nō assentiat ex-  
igenti: nisi ex hoc timeat de cōtinentia eius.  
Dubiū est de exigēte debitū a cōiuge manēte  
in adulterio siue occulto siue manifesto quod  
ipse nouit hoc quidā dicunt eē mortale in ipō  
exigente. quia facit contra cōstitutionē ecclie  
ut notauit Hugo xxxiii. q. prima. **S**i qs uxorē  
& hoc firmat in summa pisana. **S**ed in sum-  
ma confes. & archi. in rosario: mitigant hunc  
rigorem: excipientes uidelicet casum cū hoc  
faceret exigens ad prouidendū incontinentie  
sue. Sed pe. de palu. multo magis mitigat dictū  
rigorem. uidelicet qd nō cū non sperat ex hoc  
emendatio permanētis in adulterio. sed potius  
deterioratio nō peccat exigens: saltim morta-  
liter. **V**eniale ē cū exercetur actus cōiugalis  
& si seruato debito uase & modo: tamē princi-  
paliter intentione delectationis consequende  
ita tū qd sistat itētio infra limites m̄rimoniū.  
**I**tē si exerceat actus cōiugalis ppter sanitatē

corpalem peccatum est quia nō ad hūc finem  
ordinatū ē. ueniale tñ puto. Itē in solēnitati  
b9 & ieiuniis exigere debitū aliq̄ ifirmitate. s.  
cōcupiscētie duct9 sine cōtemptu tamen sacri  
tpis ul' ecclesiastice exortatiōis ueniale ē. scđm  
Tho. & Ray. sed reddēs : nō peccat cū timet  
de cōtinētia uel scādalo cōiugis. peccaret autē  
si omnino negaret. Itē tpe pregnationis exi  
gere ueniale ē. si tamē nō est periculū abortus  
reddere est nullū. Exigere etiā uel reddere de  
bitū ante īgressum ecclie post partū: de se nō  
uidet̄ peccatū: & possunt mulieres intrare ec  
clesiā ante quadragesimū diē absq̄ peccato. in  
quo tamen est seruāda cōsuetudo p̄ie. **¶** Item  
actus īpudicitie qui ibi exercent nō pertinētes  
ad op9 sed ex delectatiōe exercitii ut ī tactib9  
oculis & huiusmodi inordinatis. communiter  
sunt uenialia: q̄uis tanta possit esse inordina  
tio q̄ esset mortale. Sine peccato autem cum  
exercetur actus coniugalis causa prolis susci  
piende: uel etiam causa reddendi debitum. ser  
uatis tamen circumstantiis. debet autem exac  
tus reddere: & p̄cipue uir uxori nō solū exp̄sse  
sed p̄ signa petēti. nec debet uir uxorē auerterē  
ne petat. ppter periculum. **¶** Tertio etiā scđm  
aliquos est sine peccato cum fit causa uitande  
fornicationis in se uel coniuge sua. **¶** Circa p̄

dicta sic possunt formari interrogatiões. **S**i  
usus est matrimonio extra uas debitum. Si aliquid  
fecit ad uitandum grauationem. Si usq  
est modo idebito licet in uase proprio & quo  
modo. Si utendo matrimonio: ad aliam inten  
tionem habuit. Si tempore menstruorum ex  
egit uel reddidit. Si tempore festorum uel ieiu  
niorum. Si tēpore pregnationis precipue ppe  
partum uel ante purificationem post partum.  
Si exegit uel reddidit a permanente in adulte  
rio. Si principaliter causa delectationis uel alia  
& qua & circa huiusmodi iudicandum de pec  
cato mortali uel ueniali secundum predicta de  
quibus plenius in summis. Item si omnino pos  
centi denegauit debitum. Item si extra actum  
cōiugii p tactu secuta ē pollutio. Si contraxit  
matrimoniu existēs excōmunicatō maiori ex  
cōmunicatiōe. peccauit mortaliter & precipue  
sciēs se excōmunicatū. & hoc quia participat  
in diuinis. s. sacramētis. Idē uideēt & de minori  
si eā nouit. qā seperat a susceptiōe sacramētoꝝ  
& m̄rimoniū ē sacramētū. Si existēs in mor  
tali cōtraxit m̄rimoniū uideēt mortale. qā sa  
cramētū suscipit ī mortali sciēter. p̄cipue autē  
uideēt. cōtrahēdo p uerba de p̄nti. qā ibi ē eēn  
tia sacramēti. Si cōtraxit cū aliqua de futuro  
uel de presenti per uerba non intendens illum

uel illā h̄re in cōiugē. sed tātū carnalē copulā  
 extorqueri mortaliter peccauit. Et quī realis  
 ter nō sit ibi m̄imoniū. cogēd9 est in foro cō  
 scientie illam ducere: uel aliter illi satisfacere.  
 maxime si secuta ē copula in quo tñ casu eccl̄ia  
 iudicaret ibi m̄imoniū & cogeret illū: cui obe  
 dire tenet. ¶ Si uir nō puidit uxori & familie  
 in necessariis nō supfluis. ¶ Si nimis exasper  
 rauit eā uerbis uel factis. ¶ Si zelotipus & ex  
 hoc nimis suspitiosus contra eā fuit: uel nimis  
 remissus i cura ei9. ¶ Si nimis inobediēs uxor  
 & cōtentiosa & sui sens9 ad uirū fuit. Si nimis  
 iculta & negligens circa gubernationē dom9  
 fuit. ¶ Si irreuerens & discola ad soceros &  
 cognatos. ¶ Si dedit de reb9 uiri pntibus suis  
 uel pauperib9 plus q̄ debuit. ¶ Si dedit licentiā  
 uiro eūdi ad alias cū peregrinat. qđ est morta  
 le. Si non uult sequi uirū trāfferentē domi  
 ciliū: ad qđ tenet nisi uellet eā trahere ad pec  
 catū: aut dubitaret de morte sua: aut eēt uaga  
 būd9. ¶ Si uterq; filios educauit i timore. dei &  
 obedientia mandatorū sicut tenētur.

**Q**irca principes & barones secl̄ares sic pnt  
 formari iterrogatiōes. put uidebit expedi  
 re scđm cōditionē psone. ¶ Si p usurpationē  
 & nō iusto titulo obtinuit dignitatē: regimen  
 uel dominiū ciuitatis uel castri. q̄a mortaliter

peccauit & semp in ipso manet dū tenet hō  
modi usurpatiuē. nisi post modū titulū iustifi  
casset. nec ibi ante iustū titulū potest exercere  
iudicia sine peccato mortali. **S**i ambitiosus  
fuit ad dignitates & regimē nimis aspirans: &  
si intēdit negligere iustitiā ad acquirēdū ami  
cos ut sic pmaneat in dominio mortaliter pec  
cat. **S**i p̄latis ecclesiasticis uel aliis maiorib9  
suis obediēs nō fuit: & ammonitiōes & correptiones ab eis factas nō sustinuit patienter. &  
si cōtēpsit. peccauit mortaliter. **S**i sentē tias  
excōmunicationis uel interdicti non curauit.  
aut sic ligatus diuinis ingessit se qd ē mortale  
**I**tē si propter crimē ei9 ciuitas interdicta ē  
quod est sibi ad maximū iudiciū. **S**i propter  
excommunicationem in se latam iudices uel  
actores aut mīstros grauauit. quia ultra mor  
tale excōmunicat9 ē. **I**tē si defactis ecclesi  
asticarū personarū ad eū nō pertinētib9 se in  
tromisit: ut trabēdo ad suū iudiciū & hōmodi  
mortaliter peccauit. Et si cepit uel capere fecit  
uel percutere uel icarcerare clericos uel reli  
giosos: etiam delinquētes. excōmunicatus est  
si non habuit prius licentiā a prelato suo.  
**S**i prohibuit subditis ne uenderent cleri  
cis uel eis coquerēt: ex eo qd nō habuit ab eis  
quod uoluit. **I**tē si electionem alicuius. ma

70

Iniose impederit: uel per uolentiam aliquam intrusit: uel si grauuit aliquod monasteriū uel collegium. eo q̄ uolebat eligere illū p̄ quo rogabat. quia ultra mortale: excōmunicatus est.

Item si imposuit collectas uel tallias clericis & aliis personis ecclesiasticis: sine licētia pape quia post ammonitionē si non desistit: est excōmunicat⁹. ¶ Itē si ius patronat⁹ ecclesia ꝛ de nouo sibi usurpauit: uel bona uacantium ecclesiarum aut monasteriorum. quia ultra mortale est excōmunicat⁹. ¶ Itē si fecit statuta uel leges contra libertatē ecclesiasticā: uel iudicauit scđm illa uel dedit consilium ad hoc: uel si non remouit si potuit. excōmunicatus est: ultra mortale. ¶ Itē si noua pedagia instituit non habēs auctoritatem a p̄ncipe sup hoc: seu antiqua pedagia seu theolonea augmētauit excōmunicatus ē. sed & si hoc cum licētia fecit principis & causa rationabili: & nō tenuit stratum publicam securā ut debuit peccat mortaliter & tenēt restituere. ¶ Itē si a clericis uel religiosis theoloneū uel pedagogiū seu gabellā accepit pro his que deferunt. non causa negotiationis peccat grauer & excōmunicat⁹ est: quamuis aliqui ut Iohannes. cal. hanc non admittant. quia non est recepta. & papa scit & tollerat imo hoc ipse facit i terris suis

Item si publicos usurarios alienigenas & non inde oriundos ad exercendum fenus in ciuitatibus suis admittit: uel admissos in certum tēpus nō expellit: est excommunicatus. Hoc uerū si talis est persona ecclesiastica habens. s. dominium temporale. nam dominus secularis non est excommunicatus. sed excōmunicandus: extra de usuris. usurariis li. vi. non tamen episcopi & supra incurrunt. sed alii. ¶ Item si nauigantes indistincte depredatus est. uel depredari fecit. uel hoc facto gratum nomine suo habuit. quia ut pirata: excommunicatus est excommunicatione papali. ¶ Item si naufragantes expoliavit uel res eorum ad portus terrarum suarum a mari delatas sibi appropriat. quod est rapina. & secundum aliquos sunt excōmunicati. Item si incendia fecit uel fieri fecit: uel diruit uel effregit ecclesias: uel loca religiosa. q̄a excōmunicatus est. & si esset denunciatus: eēt papalis. Itē si immunitates ecclesiarū uiolauit. puta faciendo capere homines propter debita aut maleficia in ecclesia: uel loco priuilegiato sacrilegium commisit. quod mortale est. & potest excōmunicari. Itē si spoliavit ecclesias uel personas ecclesiasticas: quod multi faciunt tyranni. aut priuilegia earum uiolant. Itē si fecit represalias uel permisit fieri: aut ab antiquo

A.

consuetas extendi fecit cōtra personas eccle-  
siasticas. est excommunicatō nisi reuocauerit  
infra mensem. De iniurijs & . da. & si pigno-  
raciones libro sexto. utrum autem liceat facere  
represalias contra laicos uide in tertia parte ti-  
tulo primo capitulo p̄mo. ¶ Item si ad ecclesi-  
as in quibus patronus fuit: idoneos nō p̄ntauit  
sed ineptos & ideotas uel concubenarios: & alii vel  
os male p̄sentauit. uel subditos suos ecclesiarū  
patronos tales eligere aut p̄sentare suasis. mor-  
taliter peccauit. ¶ Itē si recepit pecuniam ut  
presenteret aliquem cū esset patronus: uel ut sup-  
plicaret pape uel episcopo pro beneficio alicui  
conferendo. simoniā cōmisit uel etiam absq; pec-  
cunia si porrexit p̄ces pro indigno. mortale est  
& simoniacus est. ¶ Itē si fuit fautor & defen-  
sor hereticorum: aut etiā scismaticorum. quia  
mortaliter peccauit & excommunicatō est.  
Item si impedit uolentes currere ad forū eccle-  
siasticū. sup causas que ad tale forū p̄tinēt. ne  
scilicet coram ecclesiastico iudice huiusmodi  
causae agitentur: uel ad hoc dans consiliū aux-  
ilium & fauorem excommunicatus est de mi-  
nunitate ecclesiarum: qñq; libro sexto. ¶ Itē  
si bellum assumpsit iniuste uel adiutor fuit iniu-  
ste bellantis. quia omnia mala que inde sequun-  
tur ei imputantur ad culpā: & ad restitutionē

tenetur dampnorū inde sequencium. & hoc ni  
si ad iuandū & seruandū teneretur: pura quia  
est miles aut uasallus eius. talis enim adiuuans  
cū ē dubiū si bellū ē iustū excusat̄ uicesima ter  
cia. q. p̄ma. quod culpatur nō aut si sciret in  
iustū. ¶ Itē si consulit exns in officio ḡmūitatis  
q̄ assumatur iniustū bellum. ad omnia mala &  
dāpna tenet̄ nisi forte p̄poneret̄ materia in  
consilio modo falso. tamq̄ esset iustū tūc enim  
ignorātes uidentur excusari. De materia belli  
& quō dicitur iustū uel iniustū. uide in summa  
pte tertia ti. sc̄do. ¶ Itē si indiscretos & tirā  
nos officiales fecit uel p̄posuit terris suis. quia  
tenet̄ de dāpnis & malis eorū. Si sciebat eos ta  
les esse. sec̄o si ignorabat nisi cū audisset nō re  
mouit ut potuit. Si iniustas exactiōes seu col  
lectas fecit. quia rapinā fecit. Et que dicatur in  
iusta talia & collecta: & quō debeat satisfacere  
uide in tertia pte ti. sc̄do. capitulo. p̄mo. Si  
posuit iudeos in officiiis publicis. quia p̄hibet̄  
decima septima. q. quarta. ¶ Si ea que sunt ciui  
tatis appriauit ut siluas cāpos & huiusmodi.  
quia mortale est & tenetur restituere. ¶ Si li  
beros homines in seruos subiecit. cristiani non  
possunt redegi in seruitutem racione belli: uel  
etiā capti non possunt licite emi in serues: uel  
empti uendi: & ab aliis emi. Sed bene infideles

12.  
rediguntur in seruitutem : & emi possunt &  
uendi capti iniusto bello. Qui si postea ef-  
ficientur cristiani. non tamen liberantur a serui-  
tute ex hoc: quous pius sit hoc facere. Si a decedē-  
tibus sine filiis : accepit bona ipsorum: non pmit-  
tens de eis testari & legare ad placitū nisi talis  
patria haberet talē subiectionē : a tempe cuius  
memoria non est in contrariū. Si nimis uindictiuus  
fuit. si homicidia. si mutilaciones : incarceratio-  
nes uulnera : & huiusmodi seua sine iusticia uel  
cū iusticia . sed ex odio & uindicta fecit: procura-  
uit uel pmissit. quia in huiusmodi graua morlia  
sunt. Si torneamenta aut duella fieri fecit uel p-  
missit uel ludos: aut spectacula piculosa anime uel  
corpis ut picere lapides adinuicē uel representatio-  
nes turpitudinū fieri fecit aut pmissit & non  
prohibuit. si sine graui scandalo potuit remouere  
quia moraliter peccauit. di . octogesima sexta er-  
ror. Si leges statuit quas non potuit uel debuit.  
quia iniquas . quia morale . Si nimis durus fuit  
ad dispensandum uel parcendum in quibus po-  
tuit : uel econuerso nimis facilis ad parcendum  
delinquentibus in preiudicium iusticie & com-  
munis utilitatis. Item si feuda uassallis suis abs-  
que iusticia denegauit. uel seruitutem indebitam  
ab eis exegit : aut fidem non seruauit. **I**tem  
si ipse existēs uassallus alterius non fuit fidelis

. 81 .

domino suo ut debuit. secundum q̄ in iuramen-  
to fidelitatis exprimitur: uel obsequiū debitum  
non prestiterit uel iniuriam aliquam fecit domi-  
no scilicet alienando feudum aut diminuendo:  
uel aliquid huiusmodi quia in huiusmodi morle  
est. & tenetur de damnis. **S**i tutelā alicuius  
sibi. gmissam non fideliter egit. sed bona illius  
cōsumpsit & dissipauit. quia morle: & tenet̄ de  
damnis. **S**i in terra sue iurisdictionis sustinuit  
injustas mensuras aut iniusta pondera: aut in-  
iusta p̄cia rez uenialū scienter. q̄a morle est  
& teneri uidet̄. si comodo potest obuiare. sibi  
ter peccat si inducit uel sustinet malas cōsuetudi-  
nes aut corruptelas. **S**i tollerauit uel susti-  
nuit publicos usurarios inde p̄pter hoc recipi-  
ens certā quotā uel summā ānuatim q̄a morle  
est: & tenet̄ illud sic acceptū restituere. non  
usurario. sed creditoribus eius a quibus usure  
sunt extorte secundū tho. **S**i pignus aliquod  
habuit cuius fructus non computaret in sortē  
quia usura. & de aliis speciebus usure si in aliq̄  
offendit: uel fuit particeps de quibus supra in  
prima parte capitulo de usura. **S**i penas uel  
emendas in pecunia propter cupiditatem uel  
odium. & non propter correctionem delinquē-  
tiam accepit. uel ultra debitum extorsit uel  
penas corporales uel mortis in peccuniarum:

propter auariciam contra iusticiam commuta-  
 uit. quia morle est. ¶ Si permisit in terris suis  
 latrones inualescere : uel maliciose eis fauens  
 uel ex auaricia nolens expendere ad contuen-  
 dam patriam. quia mortale est. & tenetur de  
 damnis factis. si comode potest obuiare. ¶ Si  
 iusticiam uendit : uel munera inique accedit <sup>pit</sup>  
 scilicet pro administracione iusticie : uel alias  
 iniusticiam fecit iudicando : uel fieri fecit. mor-  
 le est & de huiusmodi uide in capitulo se. Si fi-  
 dem promissam uiolauit : etiam inimico : nisi  
 prius ipse uiolasset. mortale est. Si treguas nō  
 seruauit. Si obsides suos non liberauit. morta-  
 le est. Si pupillos & uiduas contra oppresso-  
 res suos non defendit. ¶ Si nimis sumptuosus  
 & curiosus fuit in uestitu : apparatu ciborum :  
 equorum : familie cum canibus : auibus : edifi-  
 ciis : & conuiuuiis. nam ut possunt facere huius  
 modi pōpas : emungunt populos usq; ad sang-  
 uinem facientes multa iniusta. ¶ Si fecit edifi-  
 care domos suas : uel laborare in agris suis &  
 uineis uel ligna apportari : & non soluit eis  
 plene de labore suo. nisi ad hoc ex debito tene-  
 rentur : uel si in diebus festiuis fecit pro se la-  
 borare quia morle est. sicut & in primo casu.  
 quod tamen multi faciunt & male. nec subdi-  
 ti in hoc debent obedire. ¶ Si nimis se occupa-

uit in uenationibus & aucupiiis uel quod peius est  
subditos in his grauauit: ad huiusmodi indu-  
cens. & quod pessimum in diebus festiuis: &  
non auditis diuinis uel missa propter quod om-  
nes peccant mortaliter. & ipse reus est omnium.

**S**i propter discursus in huiusmodi destruxit  
segetes aliorum. quia tenetur ad dāna: uel si p-  
misit accipi de feno & blado aliorum a suis pro-  
pter equos suos. quia tenetur de dāno. Idem de  
fructibus. **S**i histrionibus superflue dedit uel mi-  
mos turpia representantes in curia nutriuit uel  
cōcubinas uel ludentes ad aleas & huiusmodi:  
que omnia sunt dānabilia. **S**i de castitate fa-  
mille non curauit. sed inhoneste se habentes  
cum feminis & masculis retinuit nec correxit  
cum posset. quia peccauit mortaliter. **S**i est  
coniugatus interroga de his que habentur in  
capitulo precedenti. put uidebitur expedire.

**I**nterrogatio iudicum.

**Q**uoniam circa iudices seu quemcumque habentem  
auctoritatem ordinariam uel delegatā  
Primo inquirendum si iurisdictionem aut  
potestatem recepit simoniace. uidelicet si iudex  
ecclesiasticus: aut usurpatiuē. quia usurpata po-  
testas non dat auctoritatem. unde iudicando  
peccaret mortaliter. **S**i excessit fines man-  
dati sue potestatis. mortale est si scienter uel

ignorātia crassa. ¶ Si timore: cupiditate: odio  
 uel amore: uel alia causa iniqua tulit iniquā sen-  
 tenciam aduertenter. mortale. est. & tenetur  
 ad omne interesse parti lesi scilicet si ille pro  
 quo sentenciam dedit non potest uel non uult  
 satisficere. q̄a principaliter ipse tenet. Ray.  
 ¶ Si per ignoranciā crassam tulit iniquam sen-  
 tenciam: in iudicio anime tenetur & peccat ut  
 primus. Ray debuit enim se scire insufficien-  
 tem & non iudicare. ¶ Si per neglienciam. q̄a  
 sufficiens erat & si laborasset ad inquirendum  
 & legendum inuenisset ueritatem sed neglexit  
 hoc facere tenetur ut prius. mitius tamen agi-  
 tur cum eo qui per ignoranciam q̄ cum eo qui  
 ex malicia. & hoc habet locum in iudice ordi-  
 nario non in delegato. ¶ Si delegatus iudex  
 iudicauit bona fide: & de consilio peritorum  
 tulit iniquam sentenciam non uidetur peccare  
 aut teneri ad restitutionem lesi. tum quia ne-  
 cessitate obediencie iudicauit tum quia sepe ex  
 certa sciencia deligantis sumitur: qui est igna-  
 rus iuris ut bonus uir. quod ē uerū nisi i inqui-  
 rendo consiliū fuisse negligens aut culpabilis.  
 tunc enim peccat: & tenetur ad restitutionē  
 h̄h. ¶ Si assessor induxit iudicem ad ferendum  
 iniquam sentenciam. excusatur quidem iudex:  
 si simplex est: & habet bonam conscienciam

scilicet credens sententiam iustam. & si nō fuit  
in culpa eligendo assessorem. qui & bonus &  
sufficiens communiter credebatur. sed assessor  
mortaliter peccat. & tenet ad satisfactionem  
leso siue dolose siue ignoranter inducat ad iudi  
candum iudicem iniuste. Ray. ¶ Si iudex ig  
narus iuris secū ducit assessorem qui cōmuni  
ter non putatur sufficiens aut iniquus si de 9  
filio eius fert iniquā sententiam licet credat iu  
stā: uterq; peccat mortaliter: & tenetur ad re  
stitutionē insolidū. ¶ Si accepit pecuniā i iudi  
cio: quod pōt esse quicq; modis: & uidet semp  
mortale. ¶ Primo si accepit ut male iudicaret  
& contra iusticiam: & tunc illam debet dare  
ei in cuius iniuriam data est prima questione  
p̄ma. Iubemus. ¶ Si accepit ut bene iudicaret:  
uel ut iudicaret & daret sententiā: uel si acce  
pit ut nō iudicaret cum non deberet iudicare:  
uel ut non male iudicaret. ¶ In his quatuor ca  
sibus debet restitui ei qui dedit secūda questiōe  
prima. Non licet. Ray. sed secundum. 1010.  
in foro penitencie potest pauperibus erogari  
sicut & alia turpia lucra: & de consilio. ¶ Si  
iudex nullo modo uellet ferre sententiam cum  
deberet: & propter hoc amittit aliquis ius  
suum. mortale est & tenetur illi restituere litis

extimationem. Ray. uicesimatercia questioe  
 quinta administrationes. ¶ Si iudex accepit  
 aliquid a partib9. ubi nota q̄ ordinarius nil po  
 test accipere etiam expēsas nisi moderate enxe  
 nia sponte oblata: ut esculentum & poculen  
 tum distinctione decima octaua. de eulogis.  
 Delegatus uero potest recipere expēsas mode  
 ratas quando. s. est paup̄ uel q̄n oportet eum  
 exire & equitare p̄ examinatione cause uel p̄  
 assessore sc̄d̄m glo. Si autē papa alicui causam  
 delegauit nō uidetur q̄ aliqd possit petere nec  
 eēt expēsas: si sibi sua sufficiūt: nisi oporteret eū  
 exire & plus q̄ domi expēdere. Ray. 10. ¶ Si  
 iudex ecclesiastic9 ordinarius uel delegatus cō  
 tra cōscienciam & contra iusticiā in grauamē  
 ptis alterius in iudicio quicq̄ fecit per graciā  
 uel p̄ sortes incurrit suspensionē ab executione  
 officii per annum condemnandus ad extimatio  
 nem litis de qua uide infra in summa in quar  
 ta parte. ¶ Si iudex ecclesiasticus sentencias ex  
 communicationis suspensionis uel interdicti  
 nimis defacili fulminauit: aut sine admonitiōe  
 p̄missa uel sine scriptis: uel alias q̄tra ordmē iu  
 ris q̄a grauiter peccauit. de his in quarta pte  
 summe. ¶ Si iudex q̄cūq̄ dilatiōes aliq̄s cōtra  
 ius fecit. Si ordinem iudiciarium non seruauit.

Si partem alteram contra iusticiam grauauit.  
Si reo fecit questiones aut inquisitiones ad quas  
respondere non tenebatur. Si appellationes le-  
gittimas non admisit. Si dolose locum appellandi  
dedit. Si post appellationem legitimam nichilo-  
minus in causa processit. Si in dubiis magis  
pitos: non consuluit. Si allegationes friuolas ad-  
misit. Si pauperibus uiduis & orphanis non sub-  
uenit: & in aduocatione non prouidit. in quolibet  
horum uidetur esse mortale. cum scienter deliquit.

**N**ota quod qui fingit fraudulenter casum aliquem  
per quem iudex aliquis uadat uel mittat ad aliquam  
mulierem per testimonio est excommunicatus extra  
de iudiciis. mlieres libro sexto. Si iudex illicite  
relaxauit penam debitam reo quod fit tripliciter.

**U**no modo quia non erat supremus iudex id est  
princeps: nec ei publica potestas est plenarie com-  
missa. sed ut iudicet secundum leges & statuta ciui-  
tatis. **S**ecundo modo quia & si habet plenam po-  
testatem. is tamen qui passus est iniuriam non  
assentit sibi remitti. sed uult puniri. **T**er-  
cio modo quoniam & si habet potestatem iudex plena-  
riam: & lesus uult remittere tamen non subest causa  
utilis rei publice sed nocua. scilicet pians incentiuum de-  
liquendi. Tho. & in quolibet horum peccat mortali-  
ter. Si penam debitam auxit uel minuit: cum non  
posset uel deberet quando possit uel non uide in



tercia parte titulo tercio capitulo. Si etiam mu-  
 tare possit ibi uide. Si iudicauit secundum alle-  
 gata & pbata: condemnans quem nouit inno-  
 centem. qui tamen utrum peccet uel non &  
 quō uide in tercia parte ti. capitulo. **S**i iudi-  
 cauit iudicio ferri candentis uel duelli & huius  
 modi quia mortale. uide in tercia parte titulo  
 capitulo. **S**i minister iudicis existens execu-  
 tus est iniustam sententiam. nam si pro certo  
 scit innocentem nō excusatur a peccato. Ray-  
 secus si dubitat tunc excusatur propter obediē-  
 ciam. Tho. de pertinentibus ad iudicium ha-  
 bes in tercia parte titulo tercio per totum.

**A**duocatorum interrogatio.

**Q**uæritur circa aduocatos & procuratores & no-  
 tarios. **P**rimo si posuit se ad aduocan-  
 dū cū in iure phibeatur: scienter hoc faciens  
 uidetur mortaliter peccare. prohibentur autē  
 infideles & excommunicatus maiori & religio-  
 sus: nisi pro monasterio & de mandato sui pre-  
 lati. Similiter & clerici in sacris: uel etiam in  
 minoribus. sed beneficiati prohibentur aduoca-  
 re in iudicio seculari nisi in causa propria uel  
 pro ecclesia sua uel pro coniunctis: & misera-  
p̄cipue talis simonia reperitur in monialibus ubi  
q; terraz. non sic in uiris religiosis. ¶ Si in  
gressus est in religionē non pura intentione. s.  
seruendi deo. sed alia causa: puta non laborandi.  
Vel si est monialis. q̄a non poterat nubere:  
& q̄a parentes posuerūt ipsam in uita. licet  
male fecerit. tñ pōt & debet mutare intentionē.  
ut. s. ibi uelit manere ad seruendū deo. & erit in  
bono statu. alias in mōli. Sed si reperit se in mo  
nasterio dissoluto: nō uiuente regulariter. que  
rat si pōt mutare locū. & pōt cum dispensatio  
ne. si indiget q̄d moniali erit difficile. q̄d si nō  
pōt non sequatur turbā id ē alios uel alias in ma  
lū. sed seruet ipse ordinē suū: uel ipsa: si alios re  
ducere non potest. ¶ Si ingrediens monaste  
ria reticuit impedimenta que habebat ad illud  
scienter: puta erat seruus: habebat occultam  
infirmatē: alterius p̄fessionis: coniugatus: de  
bitor in mltis & huiusmōdi peccat mōlter. p̄ci  
pue si sciebat talē n̄ posse recipi: & interrogat9  
de his mendaciū dixit. & potest. & debet de mo  
nasterio expelli si aliter prouideri non potest.  
¶ Si habebat uotum religiōis arctioris. q̄a p̄us  
debet querere dispensationem si laxiorem uult  
intrare eē bonā. & mltoforcus post p̄fessio

nem in una religiōe: non potest ad aliā trāsire: equalem uł laxiorē sine dispensatiōe pape. & de mendicāte ordine ad aliū mendicātem: uł de mendicātibus ad monachalē trāsire non pōt sine dispensatione pape: nisi ad cartusiensem.

**S**i iduxit aliquem ad religionē p simoniā uel p fraudes: puta asserendo ibi seruarē regulā: qđ non fit uł dicendo se ad nihil obligari: & reticendo austeritates religionis: qđ ille tñ non intendit seruare & huiusmodi. qđ peccat mortaliter. De illis eē qui uolentes ingredi ad locū religiosoz bñ uiuenciū auertūt: ut trabāt aqđ ad molendinū suū infamātes illos. & crimina imponentes suos autem usq; ad terciū celum extollentes. non euadūt dānationem eternam. & certū est quia qđtra caritatem: contra iusticiā: & contra sacra scripturā: agūt.

**S**i in religione exñs seruauit uotū paupertatis nil ppriū retinens uł deliberās retinere. quia mortale est habere ppriū: & tociens quociens istud pponit. Dicit aut pprium qđ celatur p̄lato suo: ut si habeat uel teneat pecuniā uł uestem nesciente p̄lato suo. uł si sciat tñ qđtra uoluntatem eius: & absq; licencia. uel de licencia eius & uolūtate. tñ non patet sibi tradere ad petitionem eius uel recusare si posset de facto. & multo peius si non solū mobilia sed eē immobi

lia ut redditus & possessiones : ut propria dās  
& uendens : donans : dissipans uel dispendens  
ut placet. nec prelatus potest dare licenciam  
sic retinendi nec papa potest in proprio dispē  
sare. De statu mona. Cum ad monasterium.  
**S**i reperiens se in loco ubi non uiuitur in  
communi propter quod oportet sibi provide  
re de necessariis : habet aliqua uestimenta : pec  
cuniam & huiusmodi cum bona licencia & be  
neplacito prelati : aduertat diligenter. **P**ri  
mo quia per eū nō stet quin omnia uelit pone  
re in cōmuni si alii uellent. & ad hoc opetur  
quantū pōt. **S**ecōdo si hoc non pōt : semp sit  
paratus ad omnia simpliciter ponere & dimitte  
re in manibus p̄lati. **T**ercio de huiusmōi cō  
cessis nihil det sine licēcia sup̄ioris : gene  
rali uel speciali : et̄ in elemosinis nisi in extrēa  
necessitate. **Q**uarto ut nō thesauriset : nec  
sup̄flua teneat nec deliciosa querat nec multū  
in querēdo sollicitetur : nec heat inordinatum  
affectū & huiusmōi & sic poterit transire : si in  
aliis se bene heat. secō si sic agēdo laicaliter ui  
uit. sed cū p̄dictis si posset locū inuenire ubi in  
ḡmuni uiuitur : melius sibi esset. **S**i seruaui  
uotū castitatis non solū ab omni carnali ope  
re & contactu uenereo se abstinendo : sed etiā  
ab omni locutione turpi & amatoria : & om

- 91 -

ni cogitatione immūda deliberata racione. & delectatione morfa qa in quolibet hoꝝ ē morle ut dictum est supra circa sextū preceptum. & nouum. & esset sacrilegium. quod grauius est. Et quia ad ista deuenitur per conuersationē & familiaritatem: ideo inquirendum est si habet domesticitatē cum aliquo simonialis est: uel cum aliqua: si religiosus est. & si reperitur extra necessitatis casum hoc esse. p̄hibendum est. alias non absoluendus. quia quasi impossibile est tales non incidere in ruinam distinctione tricesima secunda. Hospiciosum & di. octogesima p̄ma per totū. Scandala eēt m̄ta & oblocutiones sequuntur in populis. & ideo omnino prohibendum. consanguineorum etiam rarus sit accessus. **S**i fecit contra uotum obediencie. quia semper est mortale. Sed nota q̄ non semper qñ agit aliquid contra regulam suam seu transgreditur regulā: uel constitutiones: facit q̄tra obedienciam. sed quando facit q̄tra precepta contenta in regulis & q̄stitutionibus superiorum suorum: uel quando aliquid transgreditur ex contemptu quantumcumq̄ minimum. Quando ergo prelatus uel prelata iniungit aliquid fieri: precipiendo sub tali modo loquendi precipio uel mando in uirtute spiritus sancti & obediencie ut facias hoc: uel sub pena

excommunicationis & huiusmodi. Istud dicitur  
p̄ceptum cuius transgressio est mortale. Idem  
est quando p̄latus mandat subdito quāmcūq;  
loqueretur declarans sibi q̄ intendat illū obli-  
gare sub peccato mortali ad faciendū illud : & si  
mandat q̄ non sit illicitū : & tale quid in quo  
teneant̄ obedire ei. Similiter quando in regula  
uel institutionibus est aliqd̄ preceptorie mā-  
datū . uel sub pena excōmunicationis : uel sub  
pena carceris : uel sub pena grauioris culpe  
uel p̄ similem locutionē . q̄munit̄ censetur ob-  
ligare ad mortale . Alias autem faciendo con-  
tra ceremonialia . ut frangendo silentium : tar-  
de ueniendo ad chorum . & huiusmodi . est ue-  
niale : nisi quis faceret ex contemptu . quia  
tunc mortale . Consuetudo autem q̄uis non  
sit ipse contemptus : est tamen inductiua con-  
tēptus . & ideo caue ne assuescas alicui trāsgres-  
sioni . **S**i dixit horas canonicas & officium  
defunctorum quando dici debet . nam religio-  
sus etiam si non habeat ordinem sacrum : te-  
netur ex precepto ad officium : precipue si est  
professus . Vnde obmittendo aliquam horam  
peccat mortaliter & omni die qua obmittit  
ex negligencia . non autem tenetur ex precep-  
to dicere illud uel istud : q̄uis nec debeat eti-  
am ad beneplacitū mutari officium . sed dicere

secundum ordinem suum. **I**nterrogandum  
 etiam si tardauit ad dicendum horas si non cū  
 alius in ecclesia fuit: si sompnolentus uel ibi  
 dormitauit. & illud redicat ubi dormiuit: q̄n  
 tum ad illam partem: uel aliquid loco eius di  
 cat. sed si pro maiori parte totum iteret. **S**i  
 ibi impositus fuit & oculis uagis. si risit uel  
 ridere fecit uel aliquam leuitatem uel locuti  
 onem non necessariam. **S**i mente distractus:  
 precipue quando etiam aduertit. **S**i male  
 legit uel cantauit uel <sup>ne</sup> inclinauit: ex negligenz  
 cia. in quolibet horum non est mortale sed ue  
 niale cōmittitur. **S**i elegit prelatum per si  
 moniam. uel etiam si non simoniace tamen sci  
 enter indignum. si non illum quem iudicauit  
 meliorem in officium illud. sed alium ratione  
 amicitie uel alia intentione mundana. mortale  
 est. **S**i accusauit calumpniose prelatum uel  
 consocium de aliquo criminali: uel testificatus  
 est uel non destitit ab accusatione iniusta. uel  
 alias diffamauit prelatum uel subditum de eis  
 dicendo criminalia etiam si essent uera: in  
 tentione infamandi esset mortale. Idem eti  
 am si secreta sui ordinis reuelauit sine causa  
 iusta & rationabili / & quomodo quis tene  
 atur ad restitutionem. fame habes supra in pri  
 ma parte. **I**tem si in uisitatione prelatorum

non reuelauit dicēda : que scilicet sunt contra  
honestatem religionis ut de prelatiſ & conſo  
ciis & precipue quādo ſicut communiter ſer  
uatur ſit preceptū a uiſitatoꝝ ut dicantur qui  
indigent correctione : tunc enim obmittere  
aduertent' que dicenda ſunt . eſt mortale .  
Debet tamen intelligi preceptum ſeruato or  
dine fraterne caritatis . unde omnino occulta  
de quibus poteſt preſummi emendatio dici nō  
debent . ubi autem non ſperatur emendatio .  
ſed preſumitur recidiuatio uel aliquod mag  
num ſcandalum : dici debēt . non tamen accu  
ſando ſi probari ſufficienter non poteſt . quia  
grauiter tunc peccaret : ſed ſimpliciter denun  
ciando ut patri . ſi ſperatur q̄ inde provide  
bitur . ¶ Item ſi fecit uel coopatus eſt ad ali  
quam conſpirationem uel contra prelatos :  
uel inuenit aut ſectatus eſt parcialitates in  
monaſterio uel in conuentu : & ſectas uel  
diuiſiones . quia mortale eſt & crimina mū  
danorum peruerſorum immo demoniorum po  
cius q̄ religioſorum . ¶ Item ſecundum Ray  
mundum interrogandi ſunt de duodecim abu  
ſionibus clauſtri que ſecundum Huguonem  
ſunt iſte . Prelatus negligens . Diſcipulus in  
obediens . Iuuenis ocioſus . Senex obſtinatꝝ .

Monachus curialis uel causidicus. Habitus  
 Preciosus. Cibus exquisitus. Rumor in clau-  
 stro. Lis incapitulo. Dissolutio i choro. Irre-  
 uerencia circa altare. In his autem quandoq;  
 est mortale quandoq; ueniale secundum quanti-  
 tatem facti & intentionem. Magna etiam ab-  
 usio e religiosum iurare in qmuni sermone: & si  
 dicat ueritatem. & etiã maledicere uel blasphe-  
 mare: & si ex leuitate Interrogandũ est preci-  
 pue de cerimonis p̄cipalib9. ut de esu carniũ  
 extra infirmitatẽ. de lineis non utendis ad car-  
 nem. de lectis nō plumeis. de ieiuniis regule &  
 constitutionum. de obseruatione silentii in cer-  
 tis locis & horis ad que oĩa obligant̄ oēs mo-  
 nachi & mōache bñdictini extra de statu mōa.  
 Cum ad monasteriũ. & p̄les religiosi alioꝝ ordi-  
 nũ ex q̄stitutiõib9 suis. & licet i his p̄lat9 pos-  
 sit disp̄sare. nō p̄t tñ disp̄sare scđm ber. qñ *disp̄sare qđ e*  
 fit absq; causa raciõabili & urgẽti. al̄ peccatũ e  
 disp̄santi & disp̄sato: pl9 & min9 scđm trãf-  
 gressiõẽ. Si in obediẽdo male se h̄uit. uideli-  
 cet qa. obediuit in malo: puta in dicẽdo menda-  
 ciũ uł ex negligẽcia dimisit qmũe m̄datũ: uł  
 tard9 fuit ad obediendum uel nō affectuose sed  
 querulose uel dissolute. nō cũ maturitate. sed  
 irreuerens erga maiores: egre sustinens repre-

hensiones & cum indignatione. communi-  
ter ueniale est. ¶ De exercicio si uacauit of-  
ficio quod est sententia omnium uiciorum. &  
quantum. ¶ Si inutiliter tempus expendit in  
faciendo ea que sunt nullius utilitatis. ¶ Si  
fecit exercicia mundanorum ut faciendo bur-  
sas uel uestes opere polimito secularium id  
est rechamatas uel linea reticulata & huius-  
modi. uel confectiones nimis preciosas. uel  
alia gulosa. quia magnum peccatum & abu-  
sio est: & occasio aliorum malorum & ideo  
prohibendum hoc malum precipue est in mo-  
nialibus hodiernis. ¶ De conuersando cum  
aliis. Si fuit nimis leuis: uel inducens alios  
ad leuitatem & risum uerbis uel gestibus:  
uel solaciis. que licet aliquando sine pec-  
cato fieri possint ad recreationem uel ad sub-  
leuandum se uel alium ab accidia. raro tamen  
debet huiusmodi religiosos. ¶ Si irrisit uel ge-  
stauit quod congruit simis uel istrionibus  
non religiosis. Si murmurauit circa uictum  
& uestitum. Si impacienter tulit mores gra-  
ues aliorum. Si se grauem aliis redidit. Si sin-  
gularitates que sunt in cibo uestitu dormitiōe  
& aliis unde frequenter oritur in ipso super-  
bia & in aliis murmuratio & indignatio.  
¶ Si fratrem delinquentem fraterne nō admouit

100

uel defectus illorum prelato non significauit  
ad remediandum. seruato tamen ordine frater  
ne caritatis & correctionis. in quolibet horū  
est peccatū cōmuniter ueniale. ¶ De executi  
one officii sibi gmissi. Si murmurauit gtra cō  
mittentem tamq̄ indiscretū. Si impacienter  
se fuit dure rādendo cū quibus se habuit in  
tromittere. Si nō diligenter tractauit res mo  
nasterii. ¶ Si nimis tenax fuit in dando uel si  
nimis prodigus uel acceptor psonarū sine cau  
sa rationabili. dās magis uni q̄ alteri de gmi  
bus. ¶ Si dedit quibus non potuit. quia nō ha  
bebat licenciā. Si pmisit res pire ex negligē  
cia uel nimis sollicitus fuit ppter hoc paz uar  
cando sibi propter multiplicatē temporalium  
qd̄ uiciū multum hodie regnat. ¶ De studio  
lectionis. Si fuit negligens ad discendum ea  
ad que tenetur scdm regulam & ostitutiones  
quia peccauit ex ignorantia transgrediens. nec  
excusabitur a peccato. ¶ Si ē sacerdos debet  
querere & scire que ptinent ad debite celebrā  
dum & ministrandū. ¶ Si cōfessor ad ea que  
pertinent ad illud officium & sic de alus si in his  
est negligens: precipue cum potest: grauiter  
peccat. sed debet etiam frequēter legere scrip  
turam uel doctrinam <sup>oregeon</sup> exponentes: uel alios  
libros deuotos & utiles unde & instruat

14.  
& confortetur ad bonum. ¶ Si legit curiosa  
& inutilia propter que retrahitur a magis ne-  
cessariis ut doctrinas gentiliū & fictiones po-  
etarum & huiusmodi. quia peccatum est & cu-  
riositas. Qui uocantur ad dirigendum moniales  
in electionē : & non abstant ab his per que  
possit oriri discordia inter eas sunt excommu-  
nicati. ¶ De pertinentibus ad religionē habes  
diffuse in tercia pte summe p totum. Si nō cu-  
rauit ultra diuinū officium priuatim orare pro  
se & pro aliis consanguineis & benefactorib9  
precipue regmendatis uiuis & defunctis sollici-  
te ut debuit. Si non frequentauit confessionē  
& communionē scdm morē & regulā suam.  
¶ De monachis nigris preceptū est q̄ faciāt <sup>comūnet</sup>  
semel in mense. Ne. in agro. de statu mona. in  
cle ¶ Si nō uacauit meditatiōi que maxie de-  
uotionē inducit. Si fuit tepid9 in dilectiōe dei  
& pximi nō ardent affectās honorē dei & sa-  
lutē animarū ut decet. ¶ Si ingratus ad reco-  
gitandū & recognoscendū sua beneficia & re-  
openfando deuote ei seruiēdo. ¶ Si non ppara-  
uit se ad diuina ut debuit. ¶ Hec sunt peccata  
in quibus offenditur cotidie : & unde ipedit  
pfectus. Si nimis dilexit consanguineos carnali-  
ter nimis affectās eoz prosperitatē : uel gaudens  
de ea : aut gtristat9 de aduersitate. ¶ Si nimis

eos uisitat uel querit: uel gaudet uisitari ab  
 eis. **S**i de secularibus cum eis loquitur:  
 que non expediunt: uel est cum aliis. de guerris &  
 huiusmodi frequenter interrogat & audit. uel si  
 pro eis procurat beneficia ecclesiastica uel temporalia  
 non aptis beneficiis. in quibus posset esse morle. De  
 aliis uiciis omnibus ut ira inuidia superbia & hu  
 iusmodi uide in prima parte uel secunda. De his  
 que pertinent ad regulam suam ipse sibi uideat. si pe  
 nas seu penitencias taxatas uel iniunctas a regula  
 uel constitutionibus uel prelati non fecit. quia pecca  
 uit. si ex negligencia. si autem nullo modo  
 esset paratus facere etiam prelato precipiente esset  
 mortale. Si non intendit proficere in uita. sed que  
 seruat inuita facit: & male contentus est esse in  
 religione. ipocrita est. & in statu excommunicationis  
 Tho. de excommunicatione religi. **R**eligiosi qui in  
 ducunt aliquod ad uouendum uel iurandum uel fide in  
 terposita seu alias permittendum ut sepulturas eli  
 gant apud ecclesias suas selectam non permittent. sunt <sup>permittet</sup>  
 excommunicati excommunicatione papali. **R**eligi  
 osum qui clericis uel laicis sacramentum eucaristie  
 uel unctionis extreme ministrare aut matrimo  
 nium solemnizare absque licentia sacerdotis prochi  
 ualis specialis. uel aliquem excommunicatum a canone  
 absoluere propter quod in casibus expressis a iure et pro  
 uis legum processis: et a sententiis per statuta synodalia uel

puincialia puulgatis. uſ. abſoluere que meūq; a  
cſpa & a pena pſumpſerit. ſunt exꝓmūicati ex  
ꝓmūicatiōe papali: & abſolui n̄ p̄nt citra ſedē  
appoſtolicā in cle. religioſi. ¶ Religioſi qui ua  
dūt ad audiendū leges in ſcoſ uſ. p̄hificā: poſt  
duos meſes ſi n̄ dimittūt. ſunt exꝓmūicati.  
¶ Item religioſi p̄feſſi q; uadūt ad ſtudia l̄ra  
rū quecūq; ſi non habeāt licenciā a p̄latis cū ꝓ  
ſilio maioris ptis ꝓuentus ſunt excōmūicati  
extra. Ne clerici. uſ. mo. Vt picloſa libro ſex  
to. ¶ Religioſi q; apoſtrotāt. ſunt exꝓmūicati.  
& dicunt apoſtrotare: qñ dimiſſa religioe &  
hitu intendūt nō reuerti. ¶ Item religioſi q; te  
mere hitum ſue religiois dimittūt: quīs n̄ ſint  
apoſtate tñ ex hoc ſunt exꝓmūicati. in p̄dicto  
ca. Vt picloſa libro ſexto. ¶ Religioſi q; aliq̄  
cut audientes a decimaz eccleſus debitaꝝ ſolu  
tione retrahātur ¶ in ſermōibus ſuis uſ. alibi p̄  
ferre p̄ſumūt. ſunt exꝓmūicati de ꝓcupientes  
in cle. ¶ Religioſi cuiuſcumq; ordinis cū uide  
rint & ſciuerint cathedralē uſ. matricē loci ec  
cleſiā ſeruare interdīctū quodcūq;: poſitū au  
toritatis ſedis apoſtolice uſ. ordinarioꝝ: debēt  
& ipſi ſeruare: nō obſtantibus q; buſcumq; ap  
pellationibus antea etiam ad eandem ſedem  
uel alias interiectis: & aliis obiectionibus.  
alioqum non ſeruātes ſunt excōmūicati. de

sen. excommunicationis. ex frequentibus. in cle.  
 Religiosi qui scienter pposuerunt q̄sitentib9 <sup>obmissis</sup>  
 sibi cōscienciā facere de decimis soluēdis. sunt  
 suspensi ab officio p̄dicationis: tam diu donec  
 q̄fessis eisdem si comode potuerint faciāt q̄sci  
 enciā. q̄ si in dicta suspensione nō purgata ne  
 gligēcia p̄dicēt sunt excommunicati. de. pe. cu  
 pientes in cle. **M**onachi & canonici regu  
 lares: non habentes aliquā ad ministratiōē.  
 si conferūt se ad curias principū absq; licēcia  
 p̄latoꝝ suoꝝ: ut inferant damnū p̄latis suis ul  
 monasterio. sunt excommunicati in cle. Ne in a  
 gro. de statu mona. **R**eligiosi mendicāte s  
 q̄ acquirūt noua loca ad habitandū ul antiqua  
 eoꝝ loca alienāt ul pmutant absq; licēcia pa  
 pe. sunt exmūicati. extra de excessi. prela.  
 capitulo primo libro sexto. **Q**ui igrediūtur  
 monasteria monialiū ordinis predicatorū: siue  
 fratres ipsi: siue alii: q̄cūq; mares. nisi in casibus  
 q̄cessis in q̄stitutiōibus eaz sunt exmūicati.  
 nec p̄nt absolui nisi a papa ul magistro ordi.  
 ul ab aliquo q̄ sup huiusmōi hēat autoritatem  
 specialē: p̄ extrauagantē. & q̄ admittūt uident  
 esse exmūicati q̄a p̄cipāt i crimine. **Q**ui i  
 grediunt mōasteria monialiū ordinis <sup>minorū</sup>  
 in casu non q̄cesso. sunt excōmunicati per extra  
 uagantem audiui q̄ possunt absolui ab episco



pis. Qui ingrediuntur alia monasteria monia-  
lium. de iure communi non sunt excommuni-  
cati sed excommunicandi. sed in multis locis  
per constitutiones synodales sunt & cetera. & <sup>excommunicati</sup>  
hoc quere. De his excommunicatis habes plene  
in quarta parte summe titulo primo capitulo.

**P**relatorum interrogatio.

**Q**uere circa prelatos in communi. **P**rimo in-  
quirendum si legitime est assecutus dig-  
nitatem seu prelationem. an uidelicet aliqua ir-  
regularitate uel sententia fuerit irretitus cum  
fuit assumptus ad prelaturam in qua non fuit  
dispensatus uel absolutus. ut si fuit bigamus.  
si cooperatus est in causa sanguinis. Si illegi-  
timus. si excommunicatus uel suspensus. ut no-  
torius concubinaris quilibet horum hoc sci-  
ens: tenet prelationem furtiue. unde inconti-  
nua mortali. **N**ota qd illegittimus ad digni-  
tatem uel beneficium curatum uel prioratum  
in religione que causat per electionem sine di-  
spensatione pape promoueri non potest. ex  
priuilegio tamen magister ordinis hoc potest  
dispensare ad prelaturam in ordine predicatorum  
de hoc habes in quarta parte summe titulo primo  
ca. primo. **S**i rite & absque uicio simonie fuit  
electus & confirmatus & ordinatus. si interposuit  
preces pro se uel procurauit qd alius pro se porrigeret.

quia simonia est. & si fuit ibi simonia p<sup>ar</sup>ctio  
 nalis: indiget disp<sup>o</sup>satione pape: anteq̄ disp<sup>o</sup>set  
 furtiue tenet dignitatem. de hoc habes in sc<sup>o</sup>da  
 parte sum. ti. primo. ca. primo. p<sup>o</sup>. secūdo. & de  
 omnibus illis que habes supra in ca. de b<sup>o</sup>nificiis  
 & in cap<sup>o</sup> de clericis: in cōmuni potes inter  
 rogare prout uidetur expedire. & si est prela  
 tus religiosoz: interrogandum de his que sunt  
 in. c. p<sup>o</sup>cedenti: & de his que sequūt. ¶ Si aliq<sup>o</sup>d  
 peccatū manifestū in subditis dissimulauit &  
 nō correxit: aut si nō manifesta que t<sup>o</sup>n ad eius  
 noticiā aliqualiter puenerūt ulteriq<sup>o</sup> nō inq<sup>o</sup>si  
 uit. si mere ex negligētia dimitteret. puto mor  
 tale: quo ad criminalia. si ex aliqua ratiōe: ut ad  
 mai<sup>o</sup> scādalu uitādū. sec<sup>o</sup> si in cap<sup>o</sup> equis iudex  
 nō fuit. ¶ Si in rebus monasterii dilapidator  
 fuit. Si superiorib<sup>o</sup> suis & ip<sup>o</sup>e nō obediuit. Si  
 causas sibi a superiorib<sup>o</sup> cōmissas nō sc<sup>o</sup>d<sup>o</sup>m cō  
 silū peritorū terminauit. sed sc<sup>o</sup>d<sup>o</sup>m acceptionē  
 persone. in omnib<sup>o</sup> his ē mortale peccatū: uel  
 ueniale sc<sup>o</sup>d<sup>o</sup>m quantitātē excessus & malitiā &  
 negligentīā. Si indignos & nō idoneos in  
 officiis posuit: maxime ad curā animarū. male  
 uidetur talis posse excusari a mortali: qui eos  
 quos scit malos & etiam in mortali perseuera  
 re: ponit ad curam animarum: cum posset re  
 pellere. nec credo q<sup>o</sup> excuset paucitas quia alii



non inueniuntur & etiam si alias ille sit multū  
industrius & bene officiet ecclesiam in exteri-  
oribus. Idem cum sustinet tales si iuridice pōt  
ecs remouere. **S**i posuit ad auditionē con-  
fessionum notabiliter ignorātes & ineptos uť  
criminosos. mortaliter peccauit. per illā regu-  
lam. Qui occasionem damni dat: damnum de-  
disse uidetur. Idem si tales tollerat cum possit  
remouere: nisi forte a superiori sint ad hoc po-  
siti. sed quam curam de ipsis habebit cū ad sui  
damnationem exerceant tales officia audiēdi  
Quomodo autem dicatur ineptus uel notabi-  
liter ignorās habes in summa in tertia parte.  
ti. primo **S**i fuit nimis curiosus uel pompo-  
sus in edificiis ecclesie uel monasterii & orna-  
mentis & huiusmodi. quod est contra sentētiā  
Hieronymi & Ambrosii. xii. q. i. Aurum. & e-  
c. gloria episcopi. & Ber. Et tamē a modernis  
fiunt cottidie multe superfluitates & curiosi-  
tates & palatia contra exempla omniū sancto-  
rum: & in his amittitur multum de tempore  
& de deuotione. Ita ut completis edifiitiis ex-  
austus uidetur omnis spiritus: & pauperes in  
terra moriuntur fame: quos de superfluis eoz  
tenentur sustentare. xii. q. i. **S**i fuit nimis sol-  
licitus circa temporalia ex hoc minus debito  
uacans spiritualibus. & in se & in subditis: ut

lectioni orationi admonitioni. utiq; peccatum  
 est plus & minus scđm quantitatem excessus  
 Principalis enim cura eius cum debet esse de  
 spiritualibus. ¶ Si per curias nimis discurret i  
 litigando cum scandalo hominum. cum possit  
 per alium modum magis pacificum sua petere:  
 & si non tantum. ¶ Si iura & priuilegia sue ec  
 clesie nō seruauit & defendit: prout debuit: sed  
 in dispensando indiscrete se habuit. uel q̄a ni  
 mis de facili & sine causa rationabili dispensa  
 uit in ieiuniis: in esu carniū: in retinendis re  
 bus in usum: in penitentiis taxatis scđm regu  
 lam & constitutiones & huiusmodi. quia pec  
 cavit inducendo relaxationem & uigorem re  
 ligionis eueruando. Vnde beatus Benedictus  
 in regula dicit q̄ de omni dispensatione: habet  
 reddere rationem. Vel si fuit nimis durus in dis  
 pensando cum debuit. precipue cum debilibus  
 infirmis & huiusmodi: non prouidens eis. ¶ Si  
 exemplaris fuit in incessu moderato: in habitu  
 non precioso: in modestia gestus: in locutione  
 rara: graui & fructuosa: cauens discordias: pa  
 cem nutriens: omnes patienter audiens & tol  
 lerans: singularitates uitans: coia sequens cū  
 potest. nemini blandus: cunctis affabilis: susur  
 rationes: detractiones: irrisiones: confabulatio  
 nes: maledictiones: cōtentiones in se & in suis

deuitans. circumspectus in omnibus. non delectetur de presidentia. sed timens de negligētia. cum de singulis habeat reddere rationem sibi commissis ita aliorum habens curam q̄ sui nō obliuiscatur: ut docet Gregorius in pastorali

**S**i in corrigendo fuit nimis remissus uel nimis rigidus. quia utrumq; cauendum est ut docet Gregorius in moralibus ut habetur dis. xlv. Disciplina. Nā & facilitas uenie incētiū prebet delinquēdi. Ambro. xxiii. q. iiii. Est iniusta. Et asperitatis nimia increpatio. nec correctionem recipit nec salutē. Leo. dis. xlv. Cū beatus. precipue circa seniores debet prelatus in corrigendo humanius se habere ut dicit̄ in x. capitulo. nisi essent habituati in malo. quia tunc durius scđm Gregorium. ii. q. v. Seniore.

**S**i indiscreta fecit precepta. a quibus multū debet cauere: nisi esset res ardua: ut si cogere per preceptum uel sententiā ad aliquid faciēdū uel dicendum in quo non esset ei subditū uel non deberet ei obedire: ut in reuelādo peccatū occultum. omnino esset ei mortale. In inquisitione etiam criminum: receptione accusatiōis uel denunciationis uel imploratione sentētie excomunicatiōis & huiusmodi nō sit preceptum nec procedat per suspitiones sed per probationes & modos iuridicos. alias incurrit graue

peccatum & aliquando sententias. de hoc habes in summa. **¶** Si recepit prelati in ordine mendicantium aliquem ad professionem ante annum completum probationis seu nouiciatus est suspensus a receptione aliorum ad professionem & debitor pene grauioris culpe. unde & mortaliter peccat extra de regula. Non solum li. vi. **¶** Si non induxit quantum potuit uerbo & exemplo ad seruandū omnia ceremonialia sui ordinis. **¶** Si malas consuetudines seu corruptelas. **¶** Si contra regulam & decentiam religionis. Etiam quas inuenit iam inductas non abstulit quantum potuit. ut uicium proprietatis: discursum fratrum ad placitum. familiaritatem cum mulieribus uel uiris: si est monacha. collationem rerum amicis & consanguineis sine licentia & causa rationabili. esu carniū: ubi comedere non debent. quod est uniuersale omni monacho. de con. dis. v. Monacho. & similia. precipue que sunt contra essentialia religionis nullo modo debent permittere. nec etiam receptionem simoniacam monialis: sicut hodie fit quasi ubique. quod si non potest talia remouere: nec est spes in futurum. dimittat curam talis exemplo beati Benedicti. ii. q. i. ne quietem suam amittat. & tandem cum eis damnationem incurrat. quicumque sit ille abbas uel abbatisa. prior uel priorissa

uel alias quocunq; nomine censeatur. Nec suffi-  
cit q̄ prelati corrigat uicia que contigerit ip-  
sum nosse. sed debet diligēter agnoscerē uultū  
pecoris sui: considerando uias eius. Caueat au-  
tem ne crimina sibi delata in foro conscientie  
uel in secreto: iudicet de illis in foro contenci-  
oso seu in capitulo. Ibi enim tantū manifesta  
sunt puniēda. nec fora miscēda sunt. **S**i ha-  
bet sub cura monasteria monialium inquiren-  
dū ē ut infra cap̄o sequēti de hōmōi materia.

**I**nterrogationes episcoporum & supra.

**C**irca episcopos & alios superiores sic p̄nt  
formari interrogationes. si non sit talis  
litterature & conscientie q̄ per se sciat expli-  
care. que debet: ad que tamen tenetur. cum ha-  
beat alios super his informare & dirigere. Nā  
si bonus ab omnibus cōmuniter reputatur &  
sufficiens non esse uidetur necessarium nisi eū  
non audire: & si de aliquo negotio eum non in-  
telligit confessor: uel dubitat de illo. loqui pōt  
pro sui serenitate. & si tale quid est in quo ua-  
riantur opiniones: uel nō potest dari certa sen-  
tentia. relinquendum est sue conscientie. Idē  
dicendum circa alios clericos: religiosos: pre-  
latos: & laicos peritos & timoratos: qui sciūt  
suffICIENTER dicere facta sua. Si nō est talis sed  
indiget adiutorio interrogātis inquātū clericō

est: inquiri potest prout expedire uidetur de his que habes supra in capitulo clericos. in comuni. ut de diuino officio: celebratiōe: administratione sacramentorum & modo: & huiusmodi.

**S**i assumptus est ad episcopatū ex religiōe de his que habes etiam in capitulo circa religiosos quo ad multa. nam adhuc tenetur seruare ordinem suum: nisi in his que non compaciūt officium pastorale. ut silētium: solitudo: uigilie & huiusmodi. In quantum beneficiatus seu curatus & prelatus. de his que habes in capitulo circa beneficiatos. & si recepit dignitatem seu episcopatum habens aliquam irregularitatem uel sententiam: uel cum simonia: uel per intrusionem. dic ut in capitulo precedenti in principio. Deinde de his que sequuntur que sunt specialia officio pastorali.

**S**i contulit ordines sacros indebite: quod est unum in quo maxime offendunt.

**S**i contulit p simoniā sed occultā mortaliter peccauit. non tamen ipse suspensus est ex hoc quo ad alios. sed in utroq; casu ordinatus ab eo est suspensus. & indiget dispensatione.

**S**i contulit scienter non habentibus etatem legitimā. mortale ē: nec ipse episcopus potest in etate dispensare.

**S**i contulit per saltum ordines scienter: uel duos sacros simul: uel quatuor minores simul cū subdiaconatu. mortale

est nisi ex dispensatione pape & ordinatus est  
suspensus. ¶ Si contulit ordines sacros extra  
tempora ordinationum nisi ex dispensatione  
pape mortale est. & ordinatus est suspensus.  
minores autem diebus festiuis conferre potest.  
¶ Si in ordinatione obmisit aliquid fiendum.  
& si obmisisset aliquid de substantialibus in quibus  
imprimitur character. oportet totum iterare  
in alia ordinatione quatuor temporum. si quidem  
non est substantiale sed de simplici solemnitate  
non debet irrari. sed suppleri tantum obmissum  
in ordinatione alia. nec prius suppleatur ille  
debet exercere officium. Peccat autem episcopus  
in huiusmodi si ex certa scientia: uel crassa  
ignorantia. Idem uidetur si ex notabili negli-  
gentia. ¶ Si ordinauit aliquem sine licentia sui  
superioris scienter. quia mortale est. & est sus-  
pensus per annum a collatione ordinum. ¶ Si  
non fecit fieri examinationem de ordinandis:  
de etate: scientia: & moribus secundum iura. pecca-  
uit mortaliter. Idem si fecit fieri examinationem  
per ineptos ad huiusmodi. Idem si per tales  
quos existimauit propter malam eorum con-  
scientiam admittere indignos: si ad eum spec-  
tat providere de talibus & remediare. Idem si  
scienter admittit indignum. ¶ Si non contu-  
lit sacramentum confirmationis quando debuit.

101

solum enim episcopi possunt conferre. & omni anno semel debent conferre. & extra tempus solitum omni tempore anni. & hora mortis potest concedere. ne sine hoc decedant. quibus sine hoc saluarentur. committendo ergo magnam negligentiam: ut per multos annos. credo esse mortale. ¶ Si non dedit secundum debitam formam: materiam: & locum. quia mortale esset. quod autem sit ieiunus: non est necessarium & si decens & de iure. ¶ Si bis alicui dedit scienter. peccauit mortaliter. unde in hoc debet esse cautus: ne iteret. & etiam aduertere quod aliquis crismatus teneat crismandum: non con sanguineus: sed alius. ¶ Si in cena domini non consecrauit (cum potuit) crisma & oleum sanctum: ut debuit. quia innouanda sunt talia & si non seruauit materiam & formam & ritum ecclesie. est mortale & in huiusmodi. ¶ Si consecrationes ecclesiarum: uel altarium: uel calicum & patenarum: uel benedictiones uestium sacrarum: non fecit ut debuit: secundum formam & ritum ecclesie: uel si aliquid horum fecit per simoniam mortale est. Idem de benedictionibus abbatum & abbatissarum. ¶ Idem de reconciliatione ecclesie uiolate 7 monialem autem quam nouit corruptam: non de facil:

debet consecrare in uirginem. nec tamen ma-  
nifestare crimen: si occultum est. sed mutare  
nomen uirginis in castam: si non perpēdatur.

**¶** Si contulit beneficium per simoniā est mor-  
tale. & si per notoriam. est suspensus quo etiā  
ad alia. secus si per occultam. quia non est suspē-  
sus.

**¶** Si contulit scienter indignis beneficia  
sive simplicia sive curata. est mortale. Idem si  
acceptauit a patroni presentatum in episco-  
pum. Idem si confirmauit indignum.

**¶** Si con-  
tulit plura beneficia in casu non concesso uni.  
uel plura officia: ut prebendas aut dignitates.  
uel si consanguineis minus aptis ratione con-  
sanguinitatis contulit: postponendo aptiores.  
mortale est.

**¶** Si admisit ad beneficia habētia  
curam animarum: seu ipsa contulit: non habē-  
tibus uicesimum quartum annum. mortale est.

**¶** Si ecclesiis iure uacantibus non prouidit de  
rectore: sicut uacant: curata data absq; dispen-  
satione pape his qui non attingunt uicesimum  
quintum annum. uel si infra annum non faciūt  
se ad sacerdotium promoueri: nisi causa studii  
sit obmissum. de quo habes supra i capitulo de  
beneficiatis. Si enim infra sex mēses post hoc  
non prouidet: non potest postea se intronitte-  
re. alias usurparet quod non potest unde &

*ahuc*

mortale esset. & nō tenet talis collatio. & tūc  
 tenetur errorem suum manifestare. Idem quā  
 do recepto secundo beneficio uacauit primū .  
 uel secunda prebenda uacauit prima. de quo ha  
 bes supra. sed plene in summa. parte quarta. ti.  
 primo. ¶ Si ordinauit aliquem clericum ad or  
 dinem sacrum sine titulo. id ē sine beneficio uel  
 saltem patrimonio sufficienti. quia ultra pecca  
 tum tenetur ei expensas facere. quousq; sibi de  
 beneficio sit prouisum. nisi aliquis ep̄g hoc ei  
 promississet determinando personā . quia tunc  
 ille promittens tenetur ad huiusmodi. de quib;g  
 uide in summa in tertia parte. ti. c. ¶ Si non ui  
 sitauit episcopatum suum ut debuit. Si in uisi  
 tatione sua nimis sumptuosus fuit: & cum ni  
 mia familia uenit: & equitaturis nimis ultra  
 prescriptum numerū: uel si ipse uel familia ei;g  
 munera accepit. super quo ē specialis pena. De  
 quibus plene in tertia parte summe. ti. c. ¶ Si  
 in uisitatione sua non diligenter quesit de q  
 bus debuit: per maxime de uita & honestate sa  
 cerdotum officiantium: & quomodo se habent  
 in administratione sacramentorum: & de for  
 mis eorum. si bene pronunciat. precipue  
 baptismi: qui est magis necessarius. ¶ De au  
 dientia confessionum: quomodo se habent:

quomodo populum admonent. Et in rebus ec-  
clesie: precipue altaris: q̄ munda teneant.  
Si autem inuenit in his notabiliter excedere  
& periculose: & non punit & prouidet q̄ illi  
se emendent. Vel de alio si ille est incorrigibilis  
& ineptus. grauiter peccat & omnia mala &  
damna animarum que inde sequuntur ei im-  
putat. ¶ Si sustinuit in officiis & beneficiis  
notorios concubinos: quos debet post ad-  
monitionem si non dimittant. Beneficiis pri-  
uare. grauiter peccat. ¶ Si in aliis malis & sce-  
leribus manifestos nō punit: ut usuris uacantes:  
ludis: tabernis: aleis: negotiis secularibus: ue-  
natronibus: proditionibus: & huiusmodi. In his  
enim non puniendo uidetur male posse excu-  
sari a mortali peccato. nisi ex huiusmodi pu-  
nitioibus sequeretur scisma uel magnum scā-  
dalum. distinctione prima: Vt constitueretur.  
¶ Si laicos sibi subditos notorios peccatores:  
quos per se nouit uel sibi p̄ parochianos eorū  
denunciatos: ut adulteros: usurarios: inimicitias  
exercentes manifestos non corrigit per cē-  
suras & alios modos. peccat grauiter: nisi ob-  
mittat. quia non speratur emendatio. sed dete-  
rioratio eius. sed hoc tantummodo uidetur  
excusare sufficienter si de hoc aliquid timetur

graue scandalum in aliis & distinctione .  
 quadragesimaquarta . Omnes . **S**i malas  
 consuetudines quas reperit in sua diocesi non  
 nititur auferre quantum potest: ut uendere: labo  
 rare & huiusmodi festiuis diebus. non comuni  
 care semel in anno & confiteri & huiusmodi:  
 tripudiare in ecclesiis: permittere uiolari eccle  
 siasticam libertatem: ut quod clerici conueniantur  
 pro debitis uel delictis in iudicio seculari: uel  
 ecclesiasticam immunitatem ut quod extrahantur  
 debitores uel malefactores per uiolentiam de  
 locis sacris & huiusmodi: in casibus non con  
 cessis. debent enim episcopi tales prohibere. &  
 si post admonitionem nolunt desistere excom  
 municare: & promissis punire alias peccat gra  
 uiter obmittendo ex timore uel negligetia dis.  
 xliii. Sit rector. **S**i fructus seu redditus epis  
 copatus sui male expendit: donando consang  
 uineis uel aliis non indigentibus peccat graui  
 ter. & si distincta sunt ea que deputantur ad  
 mensam eius ab aliis. **S**i de aliis que erogare  
 debet clericis uel pro reparatione ecclesie uel  
 pauperibus det consanguineis uel aliis amicis  
 sine rationabili indigentia tenet restituere illa.  
 quia rapinam fecit & similiter recipientes ab  
 eo. Si uero non sunt distincta huiusmodi bona  
 cum intelligantur omnia committi fidei sue ea

que superfluit ad usum suum & familie sibi  
conuenientis: debet pauperibus erogare: aliis  
dando: pauperibus subtrahit. xii. q. ii. Aurum &  
capitulo. gloria. ¶ Si grauauit subditos suos  
indebitis collectis ¶ Si fecit clericos soluere  
tallias impositas a domino temporal: uel ga-  
bellas ad instantiam eius. si sponte dedit sine  
licentia romani pontificis. quod prohibetur.  
¶ Si delicta clericorum uel laicorum: uel blas-  
phemantium deum & sanctos: suffocantiū par-  
uulos ex inaduerentia. & huiusmodi puniuit  
pena pecuniaria ex auaricia. & non magis ad re-  
frenandum. ¶ Si uisitauit diocesim uel uisitare  
fecit magis propter lucrum q̄ propter salutē  
animarū. ¶ Si alienauit bona episcopatus sine  
licentia pape: uel in casu indebito. in quolibet  
horum est mortale. ¶ Si iura aliarū ecclesiarū  
non seruauit. Si bona uacantium ecclesiarū  
sibi usurpauit. cum debeant successori seruari.  
¶ Si iusta debita a predecessoribus contracta  
ratione ecclesie nō soluit. ¶ Si fructus alicuius  
beneficii ad tempus sibi accepit. uel partem ab  
eo cui concedit uult habere. in quolibet est rā-  
pina. Si non seruauit formam iuris erga ma-  
nifestos usurarios. sed de certa quantitate cō-  
tentus. non facta debita restitutione sibi re-  
mittit. & ad sepulturam: & ad sacramenta

admittit. **S**i incerta pauperibus dispēfanda in  
 usum suum conuertit sine necessitate. **S**i sen  
 tentias excommunicationis de facili propter  
 lucrum profert: uel absolutionem. quodlibet ē  
 mortale & graue. **S**i permisit questuarios  
 uel alios indiscretos pronuciare indulgentias  
 & falsas etiam est mortale. **S**i exemptos: ut  
 p̄dicatores: minores: heremitas: sancti augusti  
 ni carmelitas: cistercienses seruitas: & alios ha  
 bētes priuilegiū exemptionis iniuste molestat  
 non seruando priuilegia eorum: uel pro audien  
 tia confessionum non admittendo sibi presen  
 tatos idoneos scđm cle. Dudum de sepulturis.  
 uel retinendo sibi nimios casus & inconsuetos.  
 ut cottidie habeant ire ad ipsum. uel ad quartā  
 cogendo quantum ad illud in quo sunt priui  
 legiati: uel eos ad iudicium trahendo cū nullo  
 modo possit eos conuenire nisi pro heresi gra  
 uiter peccat. **S**i monasteria monachorū uel  
 monacharum non exempta: non diligenter &  
 honeste uisitauit: eos uel eas ad seruandum regu  
 las induxit: deponendo abbates & abbatissas.  
 uel pro relaxatis cum expedit habendo curam  
 de honestate earum. & q̄ non habeant familia  
 ritatem cum clericis & religiosis & laicis: pro  
 uidento de diligenti clausura & de confessore  
 securo & conscienciato: prohibēdo ingressum

simoniacum: & conuiuia feminarum & que ibi  
fiunt: & festa uana cōsecrationis eorum. ¶ In  
iudicando in foro contencioso. si non tenuit  
uicarium peritum & bonum: precipue quando  
ex se non habuit debitā sufficientiā iuris. ¶ Si  
non seruauit ordinem iudicarium debito mo-  
do. ¶ Si fuit acceptor personarum. ¶ Si dedit  
iniquas sententias. de quo dic ut supra in capi-  
tulo circa iudices. ¶ Si non seruauit debitam  
formam iuris in ferendo sentētiis excōmuni-  
cationum: suspensionis: & interdicti. quia in-  
currit ultra peccatum certam penā. de quo ui-  
de in summa parte. iiii. ti. c. precipue in causis  
matrimonialibus oportet esse cautissimum &  
ponderosum circa diuortia. ¶ Si dedit licētiā  
iudici seu domino temporali uerberandi uel po-  
nendi ad patibulum uel incarcerandi uel alias  
puniendi clericos suos: nisi in casu in quo eēt  
incorrigibiles per eum. quia efficitur cum pre-  
dictis excōmunicatus. extra de senten. excō.  
Ut fame. Neminē tamen debet uerberare ma-  
nibus suis. nec tamen cum expedit per laicum  
sed per clericum debet clericum facere uerbe-  
rare: scdm iura. A casibus autem sanguinis ab-  
stinere debet opere: consilio: & mandato. ¶ Si  
testamenta & ultimas uoluntates non fecit  
impleri precipue in legatis ad pias causas.

Si dispensauit in uotis & in iuramentis: in quibus  
 non potuit. & si potuit. tamen indiscrete & sine  
 causa rationabili. quia peccatum graue est. **S**i he-  
 reticos non diligenter persequitur. & puniuit secundum  
 iura in sua diocesi. **S**i absoluit a sententiis  
 a quibus non potuit ut pape reseruat: uel dis-  
 pensauit in irregularitate de qua non potuit.  
**D**e persona sua. **S**i exemplaris fuit in habi-  
 tu non pomposo uel non precioso. suppellecti-  
 libus non argenteis & curiosis. in apparatu  
 domus & ornatu non seculari. in uictu sobrio  
 non conuiuiali: nisi pro pauperibus. in uisitando  
 ecclesiam: interessendo diuinis officiis: & preci-  
 pue diebus festiuis hoc debet facere secundum iura  
 in solennitatibus precipuis: in cantando missam  
 in dicendo officium deuote: non cursim. & or-  
 dinando quod dicatur in ecclesia sua debite. in fre-  
 quentando orationes priuatas. in uacando lec-  
 tionibus. ut dist. xxxvi. per totum. In predicando  
 si scit. si nescit prouidendo gregi suo de pre-  
 dicantibus utilibus: non curiosis & de confes-  
 soribus: in tenendo honestam & deuotam fa-  
 miliam. sollicitus de salute eius. in uitando con-  
 uersationem cum mulieribus: ut pestem. in exitu de  
 domo raro nisi ad ecclesiam. sepe offerendo & que-  
 rendo officia a seruis dei: quomodo possit melius pro-  
 uideri gregi suo. adultores ut uenenum exhorreat.



p̄ paupes: uiduaz: orphanoz: opp̄ffoz: existat  
& causas eorum sine expensis expedire faciat.  
In iniuriis propriis non sit uindicaturus. sed  
patientissimus. In uerbis & gestu non subit9  
& iracundus: nemini multum familiaris nisi ser  
uis dei: superioribus obediens: equalibus non  
inuidens: non gaudens de dignitate & honore.  
sed lugēs pro exteriori occupatione & plebis  
offensione. Et si in his omnibus diligenter se  
habuit. nil deo acceptabilius. si autem perfunc  
torie & male: nil miserabilius & damnabilius  
Episcopi dignitate: ut dicit Augustinus dis.  
xi **A**n̄te omnia. De prelatiis multa habes  
in tertia parte sum. ti. ultimo per totū. **E**p̄i  
& supra concedentes aliquā super domum usu  
rariis manifestis alienigenis ad fenus exercēdū.  
sunt ipso facto suspensi extra de usuris. Quāq̄  
libro sexto. Similiter si permittūt q̄ huiusmōi  
usurarii alienigene exercean̄ fenus in terris  
eorum iurisdictionibus subiectis: nisi infra tres  
menses expulerint. sunt suspensi ut in dicto. c.  
Quamq̄ de usuris. Qui se gerit p̄ papa: elect9  
a minori parte q̄ a duabus partibus cardinaliū.  
est ipso facto excommunicatus. Et similiter  
cardinales tales qui presumpserint talem nomi  
nare papam. & similiter omnes alii qui talem  
reciperēt pro papa. extra de elec. libro. sexto.

Oñs clerici & religiosi & laici siue familiares  
 curie siue alii qui aliquod pactum fecerint : uel  
 aliquod magnum uel paruum promiserint : uel  
 promissionē receperint: occulta uel manifesta  
 dederint uel receperint: paruū quid uel magnū  
 pro aliqua iusticia uel gratia pro se uel pro alio  
 in causis : iudiciis : uel litteris apostolicis: qui-  
 buscunq; mōis. ad apostolicā sedem obtinēdā.  
 sunt ipso facto excōmunicati. In extrauagati  
 Bonifacii octauī: & absolutio pape reseruat̄.  
 Hec habent locum in curia romana Io. an. &  
 Antho. de butrio eam allegauit.



Vltima pars de absolutiōe & pñie iniunctiōe .

**P**ostquam penitens dixit ex se uel interro-  
 gatione confessoris peccata sua ut debuit:  
 tandem concludat. In istis peccaui & multis  
 aliis cogitatione: locutione: opere: & omissiōe  
 uel aliquid huiusmodi: & de omnibus dico meā  
 culpam. ¶ Confessor interroget nisi talis sit  
 de quo in hoc non dubitetur quia tunc super-  
 fluum & risibile esset. Si dolet de omnibus pre-  
 dictis & proponit abstinere in futurū ab om-  
 nibus scilicet mortalibus. ¶ Item si habet a-  
 liqua restituere: uel famam: uel res: uel pro in-  
 iuria satisfacere. & huiusmodi si est paratus

facere q̄citus p̄t absq̄ dilatiōe. que restitutio  
quomodo sit fienda: & quo ordine: & quo ad  
certa. uide in summa i tertia parte. titulo pen̄t  
per totum. materia ibi ē lōga. q̄ si dicat nolle  
ista facere: uel non posse. cum tamen possit. nō  
est absoluendus Tho. & .ii. q. .iii. Tunc uera. po  
test tamen sibi dici. deus misereat tui & cetera.  
sed nullo modo. Ego te absoluo. potest etiam  
sibi iniungi aliquod bonū fiendum. non tamen  
in penitentiā: declarando sibi hoc q̄ infructuo  
sa sit & sine remissione peccatorū. sed ad mol  
lificandū cor eius de pe. dis. tertia. Falsas. **S**i  
autem paratus est ad omnia facienda. tūc si eēt  
aliqua sentētia excōmunicationis ligatus: si nō  
potes absoluere ab illa remittas eum ad episco  
pum uel ad aliū qui habet super hoc potestātē  
uel tu uadas ad pcurandum. p eo absolutionē:  
& absolutū ab excōmunicationē. postea tu ab  
solue eum a peccatis & nō prius. si autē potes  
absoluere habēdo i hoc specialē autoritatem si  
non absoluitis in principio quod decētius fuit  
tamen non est m̄ta uis si fiat in fine cōfessiōis  
dummō ante absolutionē a peccatis. Absolue  
eū per istū modū sequentē. Primo exige ab eo  
iuramētū: ut si sit pat̄ stare mādatis ecclesie:  
que scilicet fient pro ista causa quo iuramen  
to prestito iniungitur ei hoc: ut si incidit

faciendo contra aliquē canonem proponat nō  
 amplius illud facere. si pro offensa facta in aliū  
 uel damno promittat satisfacere inquantū po-  
 test. & hoc facto denudatis humeris eius cō-  
 fessor cum disciplina uel uirga percutiat eum  
 dicendo psalmum .miserere mei deus uel alium  
 psalmū penitentialē: dando ad quēlibet uersum  
 unū ictū. post gl'ia patri subiūgat kyrieison  
 xp'eison. kyrieison. Pr' n'r. Et ne nos. uersū  
 Saluū fac: & cetera. Esto ei dñs turris fortitu-  
 dinis Nihil proficiat & cetera. Dñe exaudi.  
 Dñs uobiscū. Orem⁹. De⁹ cui propriū ē mi-  
 sereri semper & parcere: suscipe deprecationē  
 nostrā & quē sentētia excōmunicatiōis ligat:  
 miseratio tue pietatis absoluat: per xpm̄ domi-  
 nū n'r̄m. Deinde autoritate omnipotētis dei &  
 beatorū apostolorū Petri & Pauli & domini  
 nostri episcopi. Si ipse sibi commisit hoc. Uel  
 illius qui mihi cōmisit: concessa. Ego te absol-  
 uo a uinculo excōmunicationis quā incurristi:  
 propter talē causam. puta propter iniectionē  
 manū uiolentā in clericum uel religiosum: uel  
 propter ingressum in monasteriū in casu non  
 cōcesso. Et si in pluribus sentētiis est ligatus  
 dicēdū. Itē absoluo te ab excōmunicatiōe quā  
 incurristi ppter talē causam. & si pluries ppter  
 eandē totiens quoties incurristi. & restituo te

facramētis ecclesie & cōmuniōi & unitati fidelium  
in nomine patris & cetera. uerberando eum usque ad  
amē. **N**ota tamen quod ista forma quae debet  
seruari ut extra de sententia. excommunicati. Nuper. non tamen  
ita est necessaria quin etiam simplici uerbo fieri  
possit secundum per. de palu. & Iohā. de lignano si  
cut & excommunicatio potest inferri simplici  
uerbo quae fieri non debeat. ergo & absolutio  
extra de regulis iuris. omnis. Sed quando fieret  
huiusmodi absolutio in publico ut erga mulieres  
forte tunc obmittenda est uerberatio. ne diuideat <sup>demidet</sup>  
pectus. **I**tem si quis propter rem ablatam alteri  
fuisse excommunicatus. quae restituerit. non tamen  
est absolutus nisi iudex qui tulit sententiam absol-  
uerit & hoc personis declarandum est post abso-  
lutionem ab huiusmodi. uel si non est aliqua sen-  
tentia ligatus si habet aliquos casus predictorum de  
reseruatibus episcopi de quibus non potes absoluas ni-  
hilominus eum a quibus potes: sub hac forma. si  
teneris aliquo uinculo excommunicatiōis mino-  
ris ego absoluo te & restituo te sanctis sacra-  
mentis ecclesie in nomine patris & cetera. Misereatur  
tui & cetera. filius dei per suam misericordiam te ab-  
soluat. & ego autoritate qua fungor absoluo te  
ab omnibus peccatis a quibus possum te absolueri  
in nomine patris & cetera. Et peccata a quibus  
non possum absolueri exprimas penitenti: ut

habeat recursum ad episcopū: uel ad eius uicariū  
 p̄ huiusmōi absolutiōe: & dicat ea sibi in cōfes  
 sione. uel si esset simplex & nesciret ita bñ ex  
 primere factū suū scribat cōfessor in cedula il  
 lud: uel illa si sint plura ut portet penitens eā  
 episcopo uel uicario sub hac forma uel simili.  
 Latorē p̄sentū uel latricē: p̄ homicidio uel  
 incestu pro tali gradu & huiusmodi cōmissis:  
 absoluendū ur̄e paternitati transmittō: ut abso  
 lutionis beneficiū impendēdo: & ei p̄niam salu  
 tarē iniūgendo: ipsum sancte ecclesie recōci  
 lietis. q̄ si ipse episcop̄ remittat ad cōfessorē  
 ip̄m autoritate illi iterū absoluat ab om̄ib9  
 & imponat penitentiā p̄ illo p̄ quo nondū im  
 posuerat. & cautū reddat ne illā cedula alteri  
 legendo tradat. Vel etiā ip̄e cōfessor si potest  
 uadat pro eo ad episcopum p̄ autoritate: si sibi  
 uelit dare. Si uero ille nō habet casum de reser  
 uatis. uel si habet cōfessor: p̄t absoluere ab om  
 nib9 premissa absolute ab excōmunicatiōe  
 minori & aliis ut supra. misereat̄ tui & cetera  
 filii dei & cetera. Ego autoritate qua fungor  
 absoluo te ab omnib9 peccatis tuis in nomine  
 p̄ris & cetera. & faciat tūc signū crucis cū ad  
 dit in noīe p̄ris & cetera sup̄ illū. nec ē neces  
 saria man9 impositio sup̄ absolutū. immo nec  
 decēs sc̄dm Tho. p̄cipue sup̄ mulierem magis

debet cōsignatio crucis. Et postea addat. Passio dñi nri Ihu christi & merita beate marie & omniū sanctorum & sanctarū dei & qcqd boni feceris & pponis facere & mala que sustines & sustinebis sint tibi i remissionē peccatorum: que uerba non sunt obmittenda. quia sunt magne utilitatis. ut. si omnia huiusmōi habeant uim satisfactionis ex uirtute clauium & sic magis ualent. Tho. In penitētia iniungēda hoc per maxime attendas scdm omnes. ut talē des: q̄ credas omnino q̄ eā faciat: quantūcūq̄ sit magnus peccator. Et scdm Crisostm. melius est in huiusmōi reddere rationē de nimia misericordia q̄ de nimia iustitia. xxvi. q. septia Aligant. dando sibi etiā libertatē: q̄ si aliquādo obmitteret orationē iniunctā uel ieiuniū posset in alia die remittere. Itē cum dubitatur de aliquo utrum faciat. dicat ei q̄ si nō faciat illud puta ieiuniū: faciet illud ut elemosinā. Et de orationib9 si sit persona que de facili solet reciduiare in criminalibus per paucos dies det huiusmodi pnia. sed per plures dies potest dar ieiunia & elemosinas. quia huiusmodi etiam si fiant i mortali nō sunt iterāda. q̄ ualēt quantū ad effectū quē reliquit p9 expletionē factā in satisfaciente. cūqs reuertit ad grām. tho. Querendū etiā ab eo si potest illam facere uel

dubitat. quia tunc non est iniungenda. declarandum  
 etiam peccatoribus magnis secundum hostium. quod secundum  
 regulas ecclesie taxatas. xxii. q. i. predicandum .  
 pro quolibet mortali est septenis penitentia in  
 iungenda & ideo non credat peccata sua leuia-  
 quia parua dat penitentia. quia hoc fit ne ea di-  
 mittat. quod esset sibi mortale: & oporteret confes-  
 sionem iterare. si illis oblitus est. Unde & etiam  
 potest admoneri quod faciat aliquod memoriale de  
 penitentia sibi iniuncta ut melius recordaretur. & si  
 obliuisceret quod reuertatur ad te. uel si non bene  
 facere posset eam commutabis. Item si postea recor-  
 dat de aliquo criminali quod tunc fuit oblitus: si  
 potest: tui copiam habere: ad te reuertatur: quis non  
 sit necessarium: uel uadat ad alium nec tenetur nisi  
 illud tantum dicere. **De uotis.** Si habet uota  
 que non potest implere uel dubitat: si habes in  
 hoc speciale autoritatem dispensa. uel potius in  
 aliud pius opus commuta. si non habes autoritatem  
 remittas ad episcopum uel uicarium suum. **Item**  
 caueas ne iniungas penitentiam per quam fiat pre-  
 iudicium iuris alieni. aut per quam detur alicui oc-  
 casio ruine spiritualis. aut per quam peccatum  
 occultum possit aliis manifestari. Permaxime in  
 fra confessionem aut etiam in fine: uerbis quibus  
 potes inducas ad contritionem. ne dicat sicut  
 fabulam peccata sua. sed cum detestatione. & ut

dicat Augustinus. caute & astute aliqu<sup>qua</sup> sunt  
interroganda que illum credit ex uerecundia  
uelle celare. ¶ Circa turpia tamē non descen-  
dendum est nimis ad particulās circumstātiās  
postq̄ sufficienter habetur species peccati. &  
in huiusmodi a remotis interrogando. ne doce-  
ant homines malitias quas nesciūt. Tho. Am-  
moneas super omnia ut uitet malas societates.  
ut frequenter cōfessionē. ut audiat sepe uerbū  
dei. ut querat orationes & participationes bo-  
norum que fiunt in religionib9 & indulgētiā  
¶ Circa infirmos sic agendum est. Aut enim ē  
talis in periculo mortis. aut non. Et dico peri-  
culum mortis non solum qui est in extremis  
constitutus. sed quia contingit frequenter hoies  
mori ex illa infirmitate. & medici dubitāt. In  
tali casu potest q̄libet absolui a quolibet sacer-  
dote dummodō non precise de quolibet peccato  
& qualibet sentētia absq̄ alia licentia. cum pe-  
riculum ē in mora. Talis ergo aut iam amisit  
loquelam uel usum rationis: puta quia freneticus.  
aut non. Et in primo casu si bene uiuebat  
ut bonus fidelis: & frequentabat confessionem  
& cōmunionem & huiusmodi: q̄uis sacramēta  
non peccerit. quia ex insperato talia acciderūt:  
uel etiam si malus & obstinatus diu perseuerā  
in peccatis & a diu non confessus: si peccit

sacerdotem pro confessione : & ostendit se  
 uelle facere omnia que debet. interim factus ē  
 mutus uel freneticus. & periculum est in mora  
 debet presupponi contritus & faciente aliquo  
 confessionem generalem pro eo. sicut fit in po  
 pulo. sacerdos faciat ei absolutionem ab omni  
 sententia & peccato. & iniungere potest cir  
 cumstantibus aliquid fiendum pro eo: uel here  
 dibus aut consanguiniis pro anima eius: si uo  
 lunt acceptare. deinde dari debet ei eucaristia a  
 proprio sacerdote. quā non sit confessus. quia  
 non potuit. uel ab alio sacerdote seculari. non  
 autem a religioso: si non habet licentiā a pro  
 prio sacerdote uel episcopo. alias incideret in  
 excōmunicationem papalem etiam in isto casu.  
 Et hoc est uerum nisi timeret de exspuione  
 eiꝝ uel uomitu. quia tunc non debet dari. sed  
 extrema unctio omnino. etiam si non potuit  
 communicare. quia si propter frenesim non p  
 mitteret se ungi: potest ligari & sibi uiolenter  
 dari. Astantibus autem infirmo debet credi si  
 testimonia perhibent qđ ostenderit signa cō  
 tritionis & pecierit confessionem. Si autem a  
 diu non confessus uel notorius peccator in  
 currit subito amentiam uel mutus efficitur nec  
 prius nec postea ostēdit signa contritionis. nil  
 debet ei dari: nec sacramenta nec ecclesiastica

sepultura. ¶ Si autem nec loquelā amittit nec  
amētiā incurrit debet ab eo exigī pura cōfessio  
peccatorum plus & minus scđm q̄ patit̄ tēp̄.  
nam si est in extremis de principaliorib9 in  
terrogand9 est. & permaxime inducēd9 est ad  
contritionem cū spe uenie. Si non est ita in ex  
tremis & uult facere generalē confessionem de  
tota uita sua sicut mlti sancti fecerūt. q̄uis nō  
sit necessariū de his quibus rite cōfessus ē ite  
rare confessionē: admittenda est & tandē ab  
solutio impendenda ab omni sentētia excōmu  
nicationis & ab omni peccato: modo iā supra  
dicto in cap̄lo precedētī. ita tamē q̄ si ligatus  
erat sentētia excōmunicationis: a qua cōfessor  
extra illud periculū non potuisset absoluerē.  
debet ei iniūgi q̄ si euadat infirmitatē q̄ cit9  
potest cōmode: presentet se ei ad quē ordina  
rie exspectabat absolutio illius excōmunicati  
onis. alias si non faceret: reincidenter in eandē  
sententiam extra de sen. excōi. Eos qui li. vi.  
Sed si erat detent9 aliquo peccato de casibus  
reseruatīs ep̄o: non oportet q̄ iniūgat ei q̄ p9  
sanitatē uadat ad ep̄iscopū pro absolutiōe. q̄  
ad illud non tenetur. sed sufficit sibi illa absolu  
tio. Nota tamē q̄ si aliquis talis esset usurari9  
publicus. non potest talis admitti ad confessi  
onē & alia sacramenta: nisi facta prius cautiōe

de restitutiōe usurarū uel promissione ab here  
 dibꝫ & huiusmōi in casu quo amisisset ipse lo  
 quelā uel usum rationis post signa cōtritionis  
 scđm formā iuris que habet de usuris. q̄q̄. li.  
 sexto. His peractis nō est iniungēda infirmo  
 penitētia cū nō possit facere: sed innotescenda  
 ut dicitur. xxvi. q. sexta. ab infirmis. declarādo  
 sic. talē tibi darē penitentiā si esses sanus quīs  
 deberes facere multo maiorē secundū regulas  
 ecclesie. sed quia non potes modo. cum eris  
 sanus facias hoc uel illud: uel uenies ad me &  
 tunc dabo tibi. Istud tamē ultimū non uidet̄  
 securū. quia raro reuertunt̄ pro penitētia. si au  
 tē deus aliter disponderet de te dimittas p̄ ani  
 ma tua tantū pro penitētia. potest & iniungi <sup>67</sup>  
 amicis & consanguineis aliquid in penitētia si  
 uterq; acceptat: & sic credit̄ pro eo satisfaciēs  
 & sufficiens esse in statu gratie. Super omnia  
 autem bene ausandū: ut si debet aliquid alicui  
 uel ratione maleficii uel cōtractus uel depositi:  
 uel aliter. declaret bene & ne discedat cum ali  
 eno: nē in eternum damnetur. Et de restituti  
 one & legatis ad pias causas pro anima sua ita  
 disponat q̄ cogantur cito executores. expedire  
 & nō plōgar̄ sicut quotidie faciūt. q̄ si n̄ uel  
 let sufficiēter disponere: nō ē absoluēdo: exortā  
 dusest etiam ad contritionem: simul & ad



confidentiam diuine misericordie: exemplo la-  
tronis ex merito passionis xp̄i. Si non possit  
habere cōp̄iam sacerdotis: quis bonum sic in  
huiusmodi periculis in mari: in bello: in infir-  
mitate: uel morte uiolenta laico confiteri. nō  
tamē est necessariū: quod si fiat: & quis euadat  
tenetur talis iterum de his confiteri. quia nō  
habebat ille clauēs ecclesie. Si uerō infirmus n̄  
est in periculo: si habet casum excōmunicati-  
onis: uel peccatū reseruatū. debet confessor  
ire uel mittere ad ep̄iscopum si potest pro au-  
toritate. Ita tamen q̄ non prodat peccatorē  
nisi ille prius dederit licentiā sibi nominandi  
personā. Si autem infirmus habet indulgētiā  
in articulo mortis a papa: appropinquāte mor-  
te sic potest fieri absolutio post om̄ia supradic-  
ta: p̄ predictā indulgētiā. **¶** Formā absolutiōis  
in articulo mortis: tantū habētibz licentiā &  
plenariā indulgētiā a papa. Misereatur tui: &  
cetera. Deinde autoritate dñi nr̄i Ihu xp̄i &  
apostolorz eiꝝ Petri & Pauli & dñi nr̄i pape  
. N. i hac parte mihi specialiter cōcessa cōcedo  
& do tibi plenariā remissionē omniū peccato-  
rum tuorum: de quibz ore confessus & corde  
contritus: que non commisisti sub preteritu  
istius indulgentie: in quantum clauēs ecclesie  
se extendunt: & beneplacitum est in oculis

diuine maiestatis. i nomine patris & filii & spi-  
 ritus sancti amen. Eadem autoritate cōcedo  
 & do tibi plenariam remissionem omnium pe-  
 narum quib9 propter peccata tua es obnoxig  
 & obligatus in quantum clauis ecclesie se ex-  
 tendunt: que quidem plenaria indulgentia sit tibi  
 in augmentum uirtutis & gratie & in acquisi-  
 tionem uite eterne. Si uero hac uice non mo-  
 rieris predictam indulgentiam plenariam tibi  
 reseruo in articulum mortis. In nomine patris  
 & filii & spiritus sancti amen. **F**orma abso-  
 lutionis ab excommunicatione minori hec est.  
 Ego te absoluo ab omni uinculo minoris ex-  
 cōmunicationis in quam incurristi: participan-  
 do eum excommunicatis in casu non concessio  
 uel in loquela cibo uel potu & huiusmodi. &  
 restituo & cetera. **D**e absolutione ab excom-  
 municatione maiori. nota qd ut premissum est  
 primo exigatur iuramentum: ut pareat manda-  
 tis ecclesie pro tali materia faciendis. & tunc  
 sibi recitentur. de satisfactione que canones p-  
 cipiunt & ammonent qd de cetero abstineat &  
 contereatur. & tunc si uir est ab humeris de-  
 nudetur ut premissum est. **F**orma sacramē-  
 ti baptismi hec est. cum non dubitatur utrum  
 sit baptisatus. Ego te baptiso in nomine pa-  
 tris & filii & spiritus sancti. amen. secundum



<sup>du</sup> Tho. Ego & amen. non sunt de substantia sacramenti: tñ debēret ex statuto uel cōsuetudine ecclesie. Sed si dubitat tunc sic. Si es baptisatus. ego te baptiso in noie patris & filii & spiritus sancti amē. ¶ Forma sacramenti confirmationis seu crismatis. q̄ solus episcopus dare potest: & non inferior: nisi ex cōmissione pape & tunc sacerdos & non inferior eo. Consigno te signo crucis. Crismo te crismate in noie p̄ris & filii & spiritus sancti. In fronte dat̄ & cū crismate cōsecrato ab episcopo. Tho. in quarto. ¶ Forma sacramenti penitētie in absolutiōe post confessionē. Ego absoluo te a peccatis tuis in nomine p̄ris & cetera. Omnia alia sunt ad bene eē scđm Tho. in q̄rto. ¶ Forma sacre & extreme unctionis hec est. Per istā sanctā unctionē & suā piissimā misericordiā parcat tibi dñs quicquid deliquisti per uisum. scđm ordinē. Vel sic quicquid oculorū uicio deliquisti: scđm clericos seculares. hec dicit̄ ambrosiana. prior autē gregoriana est. Inungo oculos istos oleo sanctificato in nomine p̄ris & cetera. Tho. in quarto sed seruāda est forma prior. & fienda ē unctio in sex locis corporis ad minus. ¶ Primo in oculis utrisq; dicendo ut supra. ¶ Secundo in auribus utrisq; dicendo per istam & cetera:

// salutis



ut supra usq; ad ibi deliquisti. & ex inde sic  
 deliquisti per auditum: ut auriū uicio deliquisti.  
 Tertio in naribus. dicendo per istā & cetera.  
 quicquid deliquisti per adoratū: uel nariū uicio  
 deliquisti. Quarto in ore clauso dicendo per  
 istam. quicquid deliquisti per gustum. uel quic  
 quid oris uicio deliquisti. Quinto in manibus u  
 trisq; ab intra. id est in palmis dicendo p istā  
 & cetera. quicquid deliquisti per tactū: uel tac  
 tū uicio deliquisti. Sexto in pedib; ambo bus  
 in parte superiori. dicendo per istā. & cetera  
 quicquid deliquisti per gressum uel incessū uicio  
 deliquisti. Clerici seculares addūt septimam ad  
 lumbos. hoc debet fieri ubi est cōsuetudo licet  
 nō faciat ordo noster erga fr̄es. & fit i renibus  
 dicendo per istā. & cetera quicquid lumborum  
 uicio uel carnis deliquisti. Et dum fiunt uncti  
 ones dicant dicta uerba semel tantū. **F**orma  
 cōsecrationis corporis & sanguinis xp̄i hec ē  
 scđm Tho. in quarto. Hoc ē enim corp9 meū  
 Eni tamen n̄ ē de substantia cōsecrationis. tñ  
 obmitti non debet. alias mortale. Hic ē enim  
 calix sanguinis mei noui & eterni testamenti  
 mister iū fidei qui pro uobis & p multis effun  
 det i remissionē peccatorū. Om̄ia h̄ sunt uerba  
 de substātia cōsecratiōis excepto. n. scđm tho.  
 Forma sacramenti ordiis qui sunt. vii. scđm

Tho. q̄libet habet formā suā. **U**bi sciendum  
scđm Tho. in quarto. q̄a tūc imp̄m̄it carac-  
ter seu recipitur ordo aliquis cum porrectum  
instrumentū illiq̄ ordinis tāq̄ materia ab ep̄o  
dicēte formā illiq̄ ordinis tāgīt manu. ordināt  
ad illū finē. Forma hostariatq̄. illis q̄ ordināt  
ad hūc ordinē tradit ep̄o clauēs ecc̄lie dicens.  
Agite quasi reddituri deo rationē p̄ his rebus  
que his clauib9 recludunt. **A**rchidiacon9 hos-  
tiū ecclesie facit illos tāgere. **F**orma lectora-  
t9 huic tradat ep̄scop9 codicē de quo lectur9  
est ubi. s. sunt p̄phēcie ut missale uel ep̄larium  
dicens. Accipite & estote uerbi dei relatores.  
habaturi. **S**i fideliter & deuote impleueritis offi-  
ciū ur̄m. **P**artē cū his q̄ uerbum dei ab inicio  
ministrauerūt. **F**orma exorcistat9 huic tra-  
dit ep̄us libellū i quo scripti sunt exorcismi ut  
illud ubi exorcisat̄ aqua. uel aliū dicēs. Accipi-  
te & cōmendate memorie: & habete potestātē  
imponēdi man9 sup̄ egros seu baptisatos siue  
cathecuminos. **F**orma accolitat9. huic ep̄o  
tradat ceroferariū. id ē cādelabrū cū cereo di-  
cens. Accipe ceroferariū cum cereo & sciatis  
uos ad accēdenda lumina ecc̄lie mācipari. Acci-  
pit etiā urceolū uacuū ab archidiacono. dicente  
ep̄scopo. Accipite urceolum ad effundendum  
uinum & aquā in eucaristiā sanguinis christi.

**F**orma subdiaconat9. huic datur calix cum  
 patena uacui ab episcopo & urceolus cū aqua  
 & manili id est bacino & manutergio archidia-  
 cono dicente. Videte cui9 ministerium uobis  
 tradit. & ideo usq; nūc si fuistis tardi ad eccle-  
 siā ammō debetis eē assidui. si usq; nūc somno  
 lēti ammō uigiles. si usq; nūc ebriosi: ammō  
 sobrii. si usq; nūc inhonesti: ammō casti. Ob-  
 latōes que ueniūt ī altari: panes ppōnis appel-  
 lāt. de ipis oblatiōib9 tātū debet ī altari poni  
 quantū possit pplo sufficere: ne aliqd putridū  
 ī sacramēto remaneat. Palle uero que sunt ī sub-  
 stratorio altaris ī alio uase debēt lauari. In alio  
 corpales palle. ubi aut corpales palle loti fue-  
 rit nullū aliud līteamē ibi debet lauari. ipa aq̄  
 ī baptisteriū debet mergi. & ideo admoneo ut  
 uos exhibeatis ita: ut deo placē possitis. **F**or-  
 ma diaconat9. huic tradit ep̄9 libꝝ euāgelioꝝ  
 dicēs. Accipe p̄tatē legendi euāgelii ī ecclesia  
 dei: tam p̄ uiuis q̄ p̄ defunctis in noīe dñi amē  
 Item ep̄us ponit manū sol9 sup caput ei9 di-  
 cens. Emitte in eū quesum9 spiritū sanctū &  
 cetera. Item dat ei stolā dicēs. Accipe stolā &  
 cetera. ut patet in pōtificiali. In datiōe tñ euan-  
 geliorum libri scđm Tho. character imprimi.  
**F**orma p̄sbratoꝝ: huic ep̄9 tradit calicē cū pa-  
 tēa. p̄pata id ē cū uino ī calice & hostia ī patēa

alias nō reciperet caracterē scđm Tho. si non  
eēnt p̄parata dicens. Accipe p̄tatē sacrificium  
offerre deo: missamq; celebrare tā p̄ uiuis q̄ p̄  
defunctis. in noīe dñi. ¶ Itē ab ep̄o i ponit̄ ma  
nū sup ordinādū: & om̄s sacerdotes ibi cū eo  
p̄ntes dicēte ep̄o Orem⁹ dilectissimi deum &  
cetera: ut in p̄tificationi. Et licet pe. de taren. dix  
erit q̄ in i positione manuū imp̄mit̄ caracter.  
p̄mū uerig & cōmunig scđm Tho. s. in por  
rectiōe calicis p̄parati. Itē inungunt̄ manū sa  
cerdotis cū ordinat̄ ab ep̄o dicēte Cōsecra &  
sanctificare & cetera. Itē aptat sibi stolā super  
humeros dicens. Accipe iugū dñi & cetera.  
Itē uestit eū casula id ē planta dicens. Stola  
innocētie. & cetera. ¶ Nota ergo si primum  
fuerit obmissum. s. porrectio calicis p̄parati: to  
tū debet iterari q̄ si nil sit factum. Si aut̄ illud  
seruatū sit & aliqd de p̄dictis aliis obmissum.  
nullo mō debet iterari ordinatio. sed qđ obmis  
sum ē suppleri ab ep̄o i alia ordinatiōe. & inter  
rim nihil exeq. ¶ Forma in sacramēto m̄rimo  
nii nō est determinata. Est aut̄ exp̄ssio cōsen  
s⁹ p̄ uerba unig i alterū in cōiugiū. ut accipio  
te i uxore. & accipio te in uirū. Vel cū inter  
rogat̄ si uult talē in uxore uel uirū & respon  
det q̄ sic. ul̄ si loq̄ nō potest per scripturā: ul̄  
alia signa exprimentia consensum. Amen.

**D**e excommunicationib9. & primo de papalib9. Et primo de iniuriantib9 manus uolentas: uel temerarias in clericum uel religiosum. & est papalis si est iniuria enormis. hui9 tamen declarationem uide. xvii. q. iiii. Si quis suadente. **S**ecunda est de incendiariis ecclesiarum uel locorum religiosorum uel cimiteriorum. postquam ab episcopo fuerint denunciati. quia tunc est papalis. alias episcopalis. extra de sen. excor. **C**onstitut9. **T**ertia est de effractionibus predictorum locorum. quae postquam fuerint denunciati est papalis. alias id est si non fuerint denunciati est episcopalis. extra de sen. excor. Tua **Q**uarta est de incendiariis aliorum locorum. cum consulentibus & fautoribus. qui tamen non sunt excommunicati iure communi: sed excommunicandi. si tamen fuerint excommunicati ex aliquo iure particulari. puta sinodali constitutione. uel etiam ab homine. & fuerint denunciati est papalis. e. c. Tua. **Q**uinta est de falsantibus litteras papales. uel falsis scienter utentibus. & est causa papalis. exceptis his quibus commissum est secundum Hosti. & per processum sententiae late in curia. **S**exta de apponentibus manum ad corrigendum etiam unam litteram uel unum punctum in litteris papalibus. exceptis his quibus hoc commissum est secundum Hosti. & per sententiam curie.

+ conquesti

**S**eptia de hereticis fingētib9 nouā heresim  
uel iam damnatā sequētib9. xxiiii. q. i. c. i. & ii.  
extra c. ad abolendā & hodie est. **O**ctauo de  
scismaticis: & p̄cipue de sequētib9 damnatū  
scisma Petri de luna & successorū ei9. & de fau  
torib9 ipsi9 scismatis. Et est cas9 papalis per  
processum q̄ fit ī curia. uide in. c. de scismaticis  
ī summa. **N**ono de credētib9: receptatorib9:  
uel defensorib9: uel fautorib9 hereticorū. & ē  
cas9 papalis. & quomō intelligant ista nomīa  
uide ī secūda pte summe. c. de excōmunicatiōi  
b9 clericorū. **D**ecima ē de cōmittētib9 si  
moniā siue p̄ bñficio siue p̄ ordinib9. uel officiis  
uel p̄laturis ecclesiasticis: uel p̄ ingressu ī religi  
onē. & p̄ aliis spūalib9. & est cas9 papalis per  
extrauagātē Martini quiti. uide ī summa in. c.  
de simonia ī p̄ma & sc̄da pte. **V**ndecima. de  
pacto uel p̄missione. uel recipientib9 ex pacto  
uel p̄missione occulta uel manifesta aliqd etiā  
paruū p̄ aliqua iusticia uel gr̄a pro se uel alio  
in causis iudicariis. seu alias p̄ lris obtinendis  
ab apostolica sede. & est casus papalis p̄ extra  
uagantem Bonifacii octauī. **D**uodecima de  
utentib9 scienter t̄lib9 gr̄is uel litteris sic ob  
tentis. Istud & precedens habetur in extraua  
gātī eadē Bonifacii octauī. **T**redecima de  
piratis. id est predantibus p̄ mare indifferēter

& e casu papalis per pcessum annualem qui fit in curia. **D**ecima quarta est de impediētib9 seu inuadētibus uictualia seu alia ad usum Ro mane curie necessaria adducentes. uel ne ad curiam ipsam deducantur: uel deferantur impediētib9. & est casus papalis. Idem de defendētibus talia facientes. per processum curie.

**D**ecima quinta de capientib9 & detinentib9 uel depredantibus romipetas & peregrinos ad urbem causa deuotionis & peregrinationis accedētes. Et similiter in ea morantes. & recedētes ab ipsa. & e casu papalis p ipsum pcessum annualem curie.

**D**ecima sexta est de dātibus consilium uel fauorem in his. Et est casus papalis. & habentur ista cum tribus precedētib9 immediate: in processu qui annuatim fit in curia.

**D**ecima septima. de portantibus ferrum: arma: & equos: ad impugnandum christianos. uel transmittentibus necessaria seu galeas aut naues uendentibus. uel in piraticis sarracenorum nauibus gubernationem exercentibus. uel impendentibus auxilium consilium uel fauorē in dispendium terre sancte. extra de iudeis ad liberandam. & est casus papalis per extrauagantem Clemētis: & per sententiam curie.

**D**ecima octaua de portantibus uictualia & alia quecunq; mercimonia in Alexandriam. uel alia



locā sarracenorū terre egypti. uel mittentibus  
ipsa. uel de suis portib9 ut eis deferant̄ extra-  
hētib9. uel extrahi permittentibus. aut eis  
dantibus auxiliū: consiliū: uel fauorem. Et est  
casus papalis per p̄cessum qui annuatim fit in  
curia. uide plenius in summa in prima parte. c.  
de turpi lucro. ¶ Decimanona de portātib9  
predicta uel aliquo predictorū modoꝝ ad hoc  
operātib9. ad omnes terras Soldano subiec-  
tas. & est casus papalis per extrauagantem  
Clement. s. ¶ Vicesima de euntibus ad terram  
sanctam etiam causa deuotionis seu uoti: sine  
licentia sedis apostolice. & est casus papalis p̄  
ut etiam r̄peritur in libro penitētiarie summi  
penitentiarii qui hoc ipse potest concedere.  
¶ Vicesimaprīma de insecutoribus cardinaliū  
hostiliter. & est casus papalis. extra de pen. Fe-  
licis li. sexto. uide in summa. c. de dñis in prima  
parte. ¶ Vicesimasecunda de bānientibus epis-  
copos. uel capientibus. uel insecutoribus. uel  
hoc fieri mandantibus. aut facta ab aliis rata  
habentibus. uel in his consilium aut fauorem  
dantibus: seu scienter tales defensantibus. &  
est casus papalis. extra de penis. Si quis suadē  
te. in clementinis: ¶ Vicesimatertīa de hu-  
mantibus. uel in frustra concidētib9. seu coque-  
re uel incidere aut ossa de carnibus euellere



presumentibus cuiuscūq; defuncti . ut ossa ei9  
 ad partes alias deferantur. & est casus papalis  
 per extrauagantem Bonifacii octauī: que inci-  
 pit Detestando. ¶ Vicesima quarta de occupā  
 tibus uel detinentibus. uel hostiliter discurren-  
 tibus per se uel per alium. directe uel indirecte  
 sub quocunq; titulo uel colore: ciuitates: terras  
 uel loca: uel iura ad ecclesiam romanam perti-  
 nentia & adherentibus fautoribus ac defensori-  
 bus eorum. & est casus papalis per processum  
 annualem curie. uide plenius in summa parte se-  
 cunda. c. de dñis. ubi nominantur multe terre  
 ecclesie. ¶ Vicesima quinta de his qui occasione  
 sententie excommunicationis. suspensionis uel  
 interdicti late . dant licentiam grauandi illos  
 qui tulerunt eam. uel suos. in personis uel in  
 bonis siue illos quorum occasione sunt prola-  
 te. uel eos qui eas obseruant. uel eos qui taliter  
 excōmunicatis communicare uolunt nisi licen-  
 tiam ipsam re integra reuocent. similiter qui  
 dicta licentia usi fuerint. uel etiam sine licētia  
 suo motu hoc fecerint. excōmunicationem in-  
 currunt: in qua si permanserint per duos mē-  
 ses tūc est papalis. alias episcopalis. uide infra  
 in excōmunicationibus pertinentibus ad dio-  
 cesanos in . xii. excommunicatione. & uide in  
 pte secūda. capitulo de dñis. ¶ Vicesima sexta



de his qui cogunt celebrari in loco interdicto  
uel ad audiendum uocant interdictos uel excō  
municatos: uel prohibent eis ut moniti non  
exeant. & est casus papalis. ¶ **V**icesima septima  
de his qui in terris suis imponūt noua pedagia  
& est casus papalis per processum qui fit in cu  
ria. ¶ **V**icesima octaua de laicis recipientibus  
in curia romana litteras domini pape de manu  
alterius q̄ ipsius pape. uel bullatorum: uel nūcii  
recipientis de manibus predictorum. & est ca  
sus papalis.

Infrascripte concernunt clericos & religiosos  
ut plurimum. ¶ **V**icesimanona de clericis &  
religiosis inducentibus ad uouendum: iurādum  
uel promittendum. de eligendo apud eos sepul  
turam: uel ut iam electam ulterius non immu  
tent. & est casus papalis. extra de penis Cupi  
entes in clementinis. uide plenius in summa  
parte secunda de excō. clericorum & religio  
forum. ¶ **T**ricesima de religiosis qui absq̄ licē  
tia proprii sacerdotis solemnifarent matrimo  
nia. aut ministrarent sacramentum eucaristie:  
uel extreme unctionis: uel qui excōmunicatos  
a canone preter q̄ in casibus a iure cōcessis: uel  
a sententiis per statuta sinodalia uel prouincialia  
promulgatis. uel a pena & a culpa quenq̄ ab  
soluere presumpserint. & est papalis extra de

privilegi. Religiosi in clementinis. **T**rice-  
 sima prima de inquisitoribus hereticorum qui  
 odio: gratia: amore: uel lucro contra iustitiam  
 & conscientiam omiserint contra quempiam  
 procedere: uel ipsam heresim alicui imponerēt  
 & q̄ impediāt officium suū. extra de hereticis  
 Multorum. **T**rice sima secunda de mendicā-  
 tibus professis qui transeūt ad aliquem ordinē  
 monachalem. excepto cartusiensi. & recipien-  
 tibus talem scienter. & est excōmunicatio pa-  
 palis per constitutionem Martini factam cō-  
 stantie. uide in summa: parte secunda capitulo  
 quarto de religiosis. **T**rice sima tertia de cle-  
 ricis scienter & sponte cōmunicantibus excō-  
 municatis a papa in diuinis. & ē papalis scdm  
 Hosti. Ista tamen habet dubiū. **T**rice sima  
 quarta de participantibus in crimine propter  
 quod aliquis est excōmunicatus aliqua predic-  
 tarum excōmunicationum per sedem apostoli-  
 cam. **T**rice sima quinta de his qui absoluuntur  
 ab huiusmōdi sententiis propter articulum mor-  
 tis. qui post si euaserint: non representant se  
 q̄ citius possint eis q̄ de iure possunt absoluerē  
 uel mittunt pro absolutione quia in eandem  
 sententiam incurrunt. extra de sententia excō-  
 municationis. Eos. libro sexto.  
 Iste sunt excōmunicationes in quibus potest

absoluere diocesanus. **P**rima de uerberanti-  
bus clericis & religiosos & moniales. seu man-  
gredientibus temerarias seu uolentas. sed leui  
iniuria. extra de senten. excommu. Peruenit.  
**S**ecunda de his qui utuntur ordinationibus  
uel alienationibus a scismaticis factis. extra de  
scismaticis. c. primo. **T**ertia de his qui usur-  
pant de nouo uacantium ecclesiarum mona-  
steriorum & aliorum locorum priorū: custodia  
seu guardia. titulum aduocationis uel defen-  
sionis: que proprie sunt nomina patronatus.  
uel locorum ipsorum uacantium bona occupāt.  
uel regalia. id est collectam que fit ratioe regis  
uel imperatoris seu tributum regi debitum.  
**Q**uarta de clericis uel monachis ipsorum  
locorum uacantium: qui hoc fieri procurant.  
Et hoc cum priori. habetur extra de electione  
Generali. libro sexto. **Q**uinta de his qui ab  
ecclesiis uel personis ecclesiasticis. per se uel  
alium suo nomine uel alieno. pro personis uel  
rebus quas non causa negotiationis deferunt  
uel deferri faciunt seu transmittunt: exigunt  
aliquod pedagium uel guidagium. extra de cē-  
sibus. Quamquam. libro sexto. **S**exta de his  
qui faciunt statuta contra libertatem ecclesie  
& qui scripserint ea. & qui sunt potestates &  
consules: rectores & consilarii locorum ubi



124.  
dicta statuta seu etiã consuetudines edite sunt  
uel seruate: & qui ea seruari fecerint. & qui se-  
cundum ea iudicauerint. uel qui in publicam  
formam redegerint iudicata. extra de sententia  
excommu. Ex eo. uide in summa de dominis .

**S**eptima de rectorib; ciuitatum facientib;  
exactiões indebitas in clericos uel ecclesias .  
si postq̄ fuerint moniti non desistant. extra de  
immunitate eccle. Non minus. & capto aduer-  
sus consules. **O**ctaua de his qui absolutionē  
ab aliqua excommunicatione. uel reuocationem  
eius extorquent per uim uel per metum . aut  
etiam suspensionis uel interdicti. nec ualet talis  
absolutio. sed incurritur noua excomunicatio  
extra de his qui absolutionē. libro sexto. **N**o-  
na de his q̄ per assassinos id est quosdã infideles  
qui ex falsis suis opinionibus de facili mittebãt  
ad occidendum christianos. interfici fecerint  
uel mandauerint aliquem christianum. etiam si  
mors non fuerit subsecuta. Et de receptatori-  
bus: defensoribus: & occultatoribus eorum ex-  
tra de homicidio. Ne per humani. libro. sexto .

**D**ecima de potestatibus: capitaneis: rectori-  
bus: consulibus: iudicibus: & cōsiliariis: & aliis  
officialibus: qui statuta faciunt : scribunt : uel  
dictant. per que quis compellatur soluere usur-  
as: uel solutas non repetere. extra de usuris .



**U**ndecima de his qui iudicant scdm statuta ipsa predicta. & qui habent super hoc potestatem. nisi statuta ipsa deleuerint: aut si ea presumpserint obseruare. extra. de usuris. Ex graui. in clementinis. **D**uodecima de his q occasione sententie excommunicationis: suspensionis: uel interdicti late. dant licentiam grauiandi eos qui tulerunt eam: uel suos in personis uel rebus. Hic tamen casus est epalis usq ad duos menses ab incurSIONe sententie. exinde papalis. extra de sen. excommu. Quicumq; li. sex. **T**redesima de his qui concedunt repressalias contra personas ecclesiasticas specialiter uel generaliter. extra de iniu. & dam. da. Et si pig norantes. libro sexto. **Q**uatuordecima de rectoribus secularibus uel quibuscunq; officia libus eorum. qui cognoscerent de crimine heresis: aut captos liberarent: uel diocesanorum. uel inquisitorum officium impediret. extra. de hereticis. Ut inquisitionis. **Q**uidecima de his qui scienter contra hunc matrimonia in gradibus consanguinitatis uel affinitatis. prohibitis. uel contrahentes cum monialibus professis. extra de consanguinitate & affinitate. i clementinis. **S**edecima de dominis temporalibus qui subditis interdicut ne prelati uel personis ecclesiasticis quicq; uendant. uel emanent ab eis uel

ipsis bladum molant:coquant: panem & alia  
 huiusmodi obsequia cohibere presummant ex  
 tra de senten. excōmu. Eos. **D**ecimaseptima  
 de his qui impediunt quin coram iudicibus ec  
 clesiasticis delegatis ul' ordinariis i causis que  
 ad eos pertinent illi qui conqueruntur: iustitiā  
 possint obtinere. extra de imunitate ecclesia  
 rum. **Q**uamq̃. libro sexto. **D**ecimaoctaua de  
 his qui compellunt impetratores litterarū uel  
 alias recurrentes ad forum ecclesiasticum in  
 causis que de iure uel antiqua consuetudine ad  
 ipsum pertinent ad desistendum. uel litigandū  
 de eis in foro seculari: grauando iudices eccle  
 siasticos: uel impetrantes uel litigantes seu liti  
 gare uolentes coram eis: uel grauando propin  
 quos ipsorum. uel capiendo res uel ecclesias  
 talium uel quocumq; alio modo. **I**bidē. **D**e  
 cimanea de his qui dant auxilium: consilium  
 uel fauorem ad perdicta contenta in duobus  
 capitulis. scilicet immediate precedentibus. **I**bi  
 dem. **V**icesima de his qui prelatos uel capi  
 tula: seu alias personas ecclesiasticas cōpellūt  
 ad submitendum laicis: uel alienandum bona  
 immobilia seu iurā ecclesiarum. **E**t similiter  
 laici qui usurpant sibi de illicitis huiusmodi.  
 Et hoc si non desistunt postquam fuerint  
 admoniti: extra: de rebus non alie. Hoc con

sultissimo. libro sexto. **V**icesima prima de his  
qui fingunt fraudulenter aliquam causam per  
quam aliquis iudex mittat ad aliquam mulierē  
pro testimonio. extra de iudiciis Mulieres. li.  
bro sexto. **V**icesima secunda de his qui uo-  
cantur ad dirigendas moniales in electionib9.  
nisi abstineant ab his per que possent in eis dis-  
cordia oriri uel nutriri. extra de electione. In-  
dignitatibus. **V**icesima tertia de his qui pro-  
curāt q̄ conseruatores dati se intromittant de  
his que non licet id est de aliis q̄ de manifestis  
iniuriis. id est uiolentiis. extra de off. Distitui-  
mus. libro sexto. **V**icesima quarta de his q̄  
grauant clericos: uel alias personas ecclesiasticas  
ad quas spectat electio p̄ eo q̄ rogati seu  
alias inducti. eum pro quo rogabantur seu in-  
ducebantur eligere noluerunt. uel consanguini-  
neos eorum: aut ipsos ecclesiasticos seu loca.  
beneficiis seu aliis bonis spoliando. seu alias in-  
iuste prosequendo. extra de electione. Sciant  
cuncti. libro sexto. **V**icesima quinta de his  
qui loquuntur secrete: uel mittunt scripturam:  
uel nūcium alicui cardinali: quādo sunt inclusi  
ocasiōe electionis pape. extra. de elec. Vbi pe-  
riculum li. sexto. **V**icesima sexta de dñis: rec-  
torib9: & officialib9. q̄ iminēte dicta electiōe  
n̄ seruarēt ip̄am cōstitutionē. ubi piculū. li. vi.





128

**V**icesima septima de electionibus regimini  
urbis Rome & de electis & fautoribus qui fe  
cerint contra constitutionem super hoc factam.  
de elec. Fundamenta. **V**icesima octava de ma  
gistris uel scolaribus tractantibus cum aliquo  
ciue Bononiensi de conductione hospitiu irregu  
laris inquilinis. nisi tempus conductionis fue  
rit elapsum. extra de locati. Ex r̄scripto. **V**i  
cesimanona de doctoribus seu magistris qui sci  
enter illos religiosos qui dimiserunt habitum:  
docent leges uel physicam. extra. ne clerici. Ve  
periculosa libro sexto. Tricesima de dominis  
uel rectoribus temporalibus. qui non fecerint  
obseruari ea que statuuntur contra insecutores  
cardinalium. seu alicuius de familia ipsorum uel  
pape. extra de penis. Felicis. libro sex. **T**ri  
cesima prima de his qui impediunt uisitatores  
monialium uel canonicorum. si moniti non de  
stiterint. ut de statu monac. Attendentes in  
clementinis. **T**ricesima secunda de impugna  
tibus litteras pape ante in coronationem eius  
in extrauaganti Benedicti. xiii. **T**ricesima  
tertia de quibusdam mulieribus que bigine uulga  
riter dicuntur: & de religiosis fouentibus eas in  
illo statu. erant iste certum habitum habentes  
nulli obedientiam promittentes: nec renunciantes  
antes propriis: nec regulam habentes. licet

quibusdam religiosis specialiter adhererent. extra  
de hereticis. Ad nostram. Nec intelliguntur  
sub hoc nomine ille que etiam bighine uel ues-  
tite dicuntur de penitentia beati Dominici: ut  
patet in declaratiōe. Io. an. & idem uidetur de  
tertio ordine beati Francisci. Ideo ex illa cle-  
mentina uidentur dici bighine in illa excom-  
municatione que habent illos errores ibi po-  
sitos. qui cum sapiant heresim: esset hoc for-  
te casus papalis. ¶ Tricesima quarta de his qui  
absoluti ab excōmunicatione propter mortis  
articulum. uel aliquod impedimentum non re-  
presentant se quātius commode possint eis a  
quibus debebāt absolui. quia reincident in ean-  
dem sententiam. extra de senten. excōmuni.  
Eos. ¶ Tricesima quinta de his qui absoluunt  
a sede apostolica: uel legatis & iniungitur eis  
quod se representent ordinariis: uel aliis. susceptu-  
ri penitentiam. & iniuriam passis satisfacturi  
seu eis quibus obligati sunt. si hoc non faciunt  
cum primum commode poterint. reincident in  
eandem sententiam. ut in dicto capitulo. Eos  
¶ Tricesima sexta de participatibus cū excō-  
municato in crimine propter quod est excom-  
municatus dando ei consilium: auxilium uel fa-  
uorem. extra. de senten. excō. Si concubine  
Tricesima septia. quicunq; cōtumaciter asserit



romanam ecclesiam non esse caput omnium ecclesiarum. nec ei tanq̄ capiti obediendum. distinctione decimanona. Nulli phas.

Infrascripte excōdicatōes dēcernūt clericos religioſos. **T**ricesima octaua de illis qui in cimiteriis ſepeliunt corpora tēpore interditi. in caſibus non conceſſis. extra de ſepul. Eis clementinis **T**ricesima nona de illis qui ex cōmunicatos publice. aut nominatim interdicos: uel uſurarios manifeſtos ſcienter ſepeliunt ut in ſupra dicto capitulo. Eis in clementinis.

**Q**uadrageſima de clericis qui manifeſtis uſurariis ad exercendum ſenus domos locant. uel alio titulo concedunt. extra de uſuris. Uſurarum.

**Q**uadrageſima prima de eo qui nō electus a duabus partib9 cardinalium: gerit ſe pro papa. extra de electione. Licet. **Q**uadrageſima ſecunda de monachis & canonicis regularibus: archidiaconis: prepoſitis: plebanis: cantoribus: etiam aliis clericis perſonatum habentibus. aut etiam quibuſcunq; preſbiteris q̄ audiunt leges uel phſicam. extra. ne clerici uel monachi. Non magno opere.

**I**ſte concernunt ſolos religioſos.

**Q**uadrageſima tertia de clericis in ſacris cōſtitutis qui contrahunt matrimonium de facto. extra de conſanguinitate & affi. Eos ī cle.



**Q**uadragesima quarta de religiosis qui temere ubicūq; habitum sue religionis dimittūt extra .ne clerici uel monachi . Vt ī religiosis libro sexto. **Q**uadragesima quinta de religiosis qui accedūt ad studia . nisi a suo prelato cū consilio maioris partis conuentus: sibi licētia sit concessa in capitulo . ut supra. **Q**uadragesima sexta de religiosis qui decimas ecclesiis debitas sibi appropriant uel usurpant . siue qui nō permittūt solui ecclesiis decimas de animalib; familiarum & pastorum suorum . uel aliorum immiscentium ipsa animalia gregibus eorum . & cetera . tales si non habent administratiōes & beneficia . sunt excōmunicati . si habēt: sunt suspensi . nisi requisiti desiterint infra mensem . extra de decimis . Religiosi. **Q**uadragesima septima de monachis uel canonicis rēgularib; qui non habent administratiōē . & ad curias principum sine licētia prelatorum suorum se conferunt: ut damnum aliquod inferant suis p̄latis: aut monasteriis . extra de statu mona. Ne in agro . in clemētinis. **Q**uadragesima octaua de monachis qui infra septa monasterii sine licētia tenent arma . ut in dicto capitulo . Ne ī agro. **Q**uadragesima nona de religiosis uel monialibus professis contrahentibus matrimoniu de facto . extra de consang. & affi. Eos ī cle.

Quinquagesima de inquisitoribus hereticorū  
 qui pretextu officii inquisitionis quibusuis mōis  
 illicite pecuniā extorquent. uel scienter bona  
 ecclesiarū fisco ecclesie applicant. nec possunt  
 absolui nisi quibus extorserint plene satisfecerint  
 de pecunia. de hereticis Nolētes ī clemētis.  
 Quinquagesima prima de religiosis qui  
 non seruant interdictū qđ seruat matrix eccle  
 sia qui. sunt excōmunicati. extra de sen. excōi.  
 Ex frequētib9. in clemētis. nisi priuilegiati.  
 Quinquagesima secunda. de religiosis qui cō  
 fitentibus sibi non faciunt cōscientiā scienter  
 de decimis soluendis. tales ab officio predica  
 tionis sunt suspensi. nisi prius si commode pote  
 rint ipsis sibi confessis conscientiam fecerint.  
 extra de penis. Cupiētes ī clemētis. Quin  
 quagesima tertia de religiosis qui dicūt aliqua  
 uerba ut retrahant audientes a solutione decim  
 arum. ut in supradicto. c. Cupientes. Quin  
 quagesima quarta de religiosis mendicantibus  
 qui domos ad habitandū. uel loca de nouo re  
 cipiunt. aut recepta mutant: uel alienant absq̄  
 licentia spetiali pape extra. de exces. prela. c. i.  
 libro sexto. Quinquagesima quinta de fratrib9  
 minorib9 q̄ tpe interdicti recipiūt ad diuina  
 frēs uel sorores de tertio ordie beati Frāncisci.  
 extra de sen. excōmuni. Cum ex eo. Quinquā

gesimasexta. de his qui ingrediuntur monasteria  
monialium ordinis predicatorum extra casu ne-  
cessarios qui declarantur in constitutionibus  
suis. puta ad dandum sacramenta infirmis. ad me-  
dendum eis. ad reparandum edificia & huiusmodi  
non habita licentia a papa. uel a magistro or-  
dinis. tales sunt excommunicati. & absolutio hu-  
iusmodi reseruatur pape. uel magistro ordinis  
uel illi cui ab aliquo predictorum fuerit com-  
missum. ut patet in bulla cuius transumptum  
uidi. **¶** <sup>Septima</sup> Quinquagesima quinta de his qui ingre-  
diuntur monasteria monialium ordinis mino-  
rum. extra casus concessos in constitutionibus  
suis. sine licentia pape uel ministri generalis. q  
excommunicationem incurrunt & absolutio hu-  
iusmodi diocesis reseruatur. **¶** Item nota q  
in excommunicationibus que fiunt ab homine  
seu a iudice regulariter non potest quis absolui  
nisi a suo excommunicatore uel ab habente ple-  
nam auctoritatem & iurisdictionem super eum  
a superiori suo. nisi in articulo mortis. **¶** Nota  
q extra de usuris. c. Ex graui. in clementinis  
ponuntur sex excommunicationes contra potes-  
tates: capitaneos: rectores: iudices: cancellarios:  
& consules fauentes usuris. **¶** Prima est si statu-  
tum de cetero facere: scribere: uel dictare pre-  
sumpserint q usure ab usurariis exigi possint



**S**ecunda si ad soluendū usuras debitores cō-  
 pellūt. **T**ertia si q̄s iudex p̄sūperit iudicār  
 q̄ usurariis soluāt usure. **Q**uarta si quis de  
 p̄dictis operā dederit q̄ usure solute nō repe-  
 tant. **Q**uinto si statuta acteng dedita ī usu-  
 rarū fauorē nō deleuerit de libris cōmunitatū.  
**S**exta si ip̄a statuta seu cōsuetudines effec-  
 tū usurarū habētes p̄sumperit obseruār. Et  
 nota q̄ sc̄dm fr̄em Bernardinū ī tractatu de  
 usuris. om̄s teles p̄dicti tenēt ad restitutionē:  
 sicut & ipsi usurarii. quia prestāt causam effi-  
 cientem usurarum.

Nescio quo plausu: ni q̄ superbiant ausu.  
 Multi doctorū conscripta sepe bonorum.  
 Ap. uel de positis suis: sub nomine: dictis  
 Sic temerant plane: doctoris nomen. inane  
 Hec antonina. simplex ex lege diuina  
 Non syncopata. sed nec epenthesi data  
 Studio correctā diligenti sepeq̄ lectā  
 Per Celestinum nomine. sed re puluerinum  
 Sancto in Eusebio degentem cenobio  
 Qui me scribebat. Ge. lauer nomē habebāt:  
 Rome uersatus tunc. sed Herbioli natus.  
 Anno milleno quater. C. sep. q̄ deno  
 Bis uno iuncto sed. mense sub februo.  
 Sub quarto Sixto pontifice zeraphico.

1472.

1477

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



